Vind. 1473. *Colon.* 1475. *Romae* 1582. *fol.*) in *III partes* und 112 *quaestiones* getheilt. *Qu.* 1 *art.* 1: Sola potestas Papae est immediate a Deo. — Habet omnem potestatem saecularem judicare et deponere, si non bona est. — Et si inveniatur, quandoque aliquos Imperatores dedisse aliqua temporalia summis Pontificibus, sicut Constantinus dedit Sylvestro: hoc non est intelligendum, quod suum est, sed restituerunt, quod injuste et tyrannice ablatum est (*cf. Qu.* 43 *art.* 3). — Omnis potestas Imperatorum et Regum est subdelegata respectu potestatis Papae. *Qu.* 18 *art.* 1: Major est jurisdictio Papae quam cujuslibet angeli. — Papae totius mundi jurisdictio et cura commissa est, — quod super caelum et terram jurisdictionem accepit. *Qu.* 22 *art.* 3: Magis tenentur laici subditi obedire Papae, quam Imperatori vel Regi. — Tota machina mundialis non est nisi unus principatus: — princeps autem totius principatus mundi est ipse Christus, cujus Papa vicarius existit juxta illud *Dan. VII.* — Si aliud mandat Papa, et aliud Imperator, obediendum est Papae et non Imperatori. *Qu.* 23 *art.* 1: Pagani jure sunt sub Papae obedientia. — Vicarius Christi est Papa, unde nullus potest se subtrahere ab ejus obedientia de jure, sicut nullus potest de jure se subtrahere ab obedientia Dei. *Qu.* 35 *art.* 1: Papa per se ipsum Imperatorem potest eligere. — Imperator est minister Papae eo ipso quod est minister Dei. — Est autem principaliter agentis, eligere ministros et instrumenta ad suum finem. — Unde puto, quod Papa, qui universos fideles in praesenti Ecclesia ad pacem habet ordinare, et ad supernaturalem finem consequendum dirigere et destinare, justa et rationabili causa existente per se ipsum possit Imperatorem eligere: ut propter eligentium negligentiam et discordiam, aut propter electi bonitatem et condecentiam, vel propter populi christiani pacis providentiam, seu propter coërcendum haereticorum, paganorum et schismaticorum potentiam et audaciam. Posse enim Papae fulcitum debet esse veritate, justitia et aequitate: non enim potest adversus veritatem sed pro veritate, ut dicit Apostolus II ad Cor. ult. — *Art.* 3. Sicut a sede apostolica potestas eligendi Imperatorem Electoribus est concessa, ita a praedicta sede potest eis

auferri. *Art.* 6. Papa potest Imperatorem facere per haereditariam successionem sicut per electionem. — *Qu.* 37. *art.* 3: Auctoritate Papae Imperium a Romanis est ad Graecos translatum. — Constantinus hujusmodi translationem fecit auctoritate summi Pontificis, qui tanquam vicarius Dei filii, caelestis Imperatoris, jurisdictionem habet universalem super omnia regna et imperia. — Propter imperium ad Graecos post tempus Constantini translatum, Ecclesia ibi potestate et dignitate multum vigebat. Et ideo quatuor Concilia fuerunt ibi celebrata, quibus Imperatores sic se subjecerunt, quatenus per summum Pontificem approbarentur. *Art.* 4. Auctoritate Papae Imperium est translatum a Graecis ad Germanos. *Art.* 5. Auctoritate Papae Imperium potest a Germanis transferri ad alios. — Conditio Imperatoris a tempore Constantini multipliciter variata est. Nam tempore dicti Constantini Imp. eligebantur. — Qui modus servatus est usque ad tempora Michaelis Imp. et Caroli M. Postea institutio Imperii processit per successionem ad tertiam generationem puta usque ad tertium Ottonem, qui fuit nepos primi et filius filii. De istis enim non invenitur facta electio, sed sola provisio per summum Pontificem. — Gregorius V. convocatis Principibus Almaniae ordinavit electores Imperatoris officiales ipsius imperialis curiae. Qualitercunque tamen institutio Imperii sit variata: nulli tamen dubium esse debet, quin summus Pontifex — Imperatorem possit eligere, quemcunque et undecunque sibi placet in auxilium et defensionem Ecclesiae. *Qu.* 38. *art.* 1: Per Papam Imperator electus debet confirmari. — Ad illum pertinet immediate Imperatoris confirmatio, ad quem pertinet Imperii immediata jurisdictio. Postquam enim Constantinus cessit Imperio occidentali nulla sibi reservatione facta, — plenum jus totius Imperii est acquisitum summis Pontificibus, non solum superioris dominationis, verum etiam immediatae administrationis, ut ex ipsis tota dependeat imperialis jurisdictio, quantum ad electionem et quantum ad confirmationem: ita ut ex tunc nullus de jure poterit se intromittere de regimine occidentalis Imperii absque expressa auctoritate et mandato sedis apostolicae, nisi usurpative et tyrannice, sicut

fecit Julianus Apostata et multi alii. *Art.* 4: Papae Imperator electus debet fidem jurare. — Imperator assumitur in defensorem et protectorem Ecclesiae, potissime in partibus Italiae et in occidentalibus regionibus, in quibus Ecclesia non solum temporalium habet universalem jurisdictionem, sicut in toto orbe noscitur habere, verum etiam habet mediante ministro, quem elegit, immediatam administrationem. Talis ergo minister in tribus tenetur Ecclesiae fidelitatem servare: primo in ipsius Ecclesiae exaltatione, ut per rebelles et infideles Ecclesia non deprimatur, sed potius illis expugnatis juxta posse suum supra candelabrum ponatur; secundo in Ecclesiae pastoris et rectoris defensione; — tertio in temporalium per Constantinum concessorum Ecclesiae conservatione, ut in talibus non praetendat aliquam immediatam jurisdictionem, sed solum immediatam administrationem. Et ista tria ponuntur in juramento fidelitatis, quod ipse Imperator summo Pontifici praestare tenetur. *Qu.* 39. *art.* 1: Imperator per solam electionem non potest administrare, nisi beneficium confirmationis recipiat. *Qu.* 40. *art.* 1: Papa potest Imperatorem deponere, *Art.* 4: Imperatoris subditos a juramento fidelitatis absolvere. *Qu.* 41. *art.* 1: Ad Papam spectat Imperatoris electionem examinare. *Qu.* 44. *art.* 1: Absque Papae auctoritate Imperator non potest leges condere. — Omnis justa lex (quae secundum Augustinum si justa non est, non est lex) dependet a lege divina. — Illo ergo jure lex imperialis dependet ab auctoritate Papae, quo jure dependet a lege divina, cujus ipse Papa est vicarius et minister, potissime cum secundum Dionysium lex divinitatis hoc habeat, ut ejus influentia non transeat ad inferiora nisi per media. Medius autem inter Deum et populum christianum est ipse Papa, unde nulla lex populo christiano est danda, nisi ipsius Papae auctoritate: sicut nec aliqua lex fuit data populo Israelitico nisi mediante Moyse. *Art.* 4: Papa potest sua auctoritate leges imperiales corrigere. *Qu.* 45. *art.* 2: Papae subjiciuntur omnes Reges, quantum ad temporalium recognitionem. — Dicentes, Papam, vicarium Christi, in toto orbe dominium habere solum super spiritualia, non autem super temporalia, similes sunt consiliariis Regis Syriae, qui dixerunt III. Reg.

20: *Dii montium sunt dii eorum etc.* Sic hodie mali consiliarii adulatione pestifera seducunt Reges et Principes terrae, dicentes: dii montium, puta spiritualium donorum, sunt summi Pontifices, sed non sunt dii convallium, quia temporalium bonorum nullum habent dominium: ideo in campestribus et in potentia bonorum temporalium pugnemus contra eos et obtinebimus. Sed quid dicit eis divina sententia, audiamus: *quia dixerunt*, inquit, *Syri, deus montium est dominus, non deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc in manu vestra, et scietis, quia ego sum Dominus.* *Qu.* 46. *art.* 2: Papa potest omnes Reges, cum subest causa, deponere. *Art.* 3: Papa potest in quolibet regno Regem instituere. — Sicut Deus est factor omnium regnorum et provisor, sic Papa vice Dei est omnium regnorum provisor. Unde cum causa rationabilis subest, in quolibet regno potest Regem instituere, sive sit causa ipsius Regis nequitia, ut dictum est supra de Rege Francorum, sive ipsius populi fraudulenta malitia, ut si in Regis mortem conspirarent, vel eum ejicerent, — vel quocunque alio modo causa justa et rationabilis subest, ad Papam spectaret, illi regno de Rege providere. *Qu.* 61. *art.* 3: Papa non potest aliquos eximere a se ipso in temporalibus. — Apostolus II. ad Tim. 2 dicit: *Deus fidelis est, et seipsum negare non potest.* Negaret autem seipsum, si eximeret aliquos a suo dominio temporali vel spirituali, quia tunc negaret, se esse dominum omnium tam temporalium quam spiritualium. Cum igitur Papa verus vicarius Dei sit, si aliquos eximeret a seipso in jurisdictione temporalium vel spiritualium, negaret, quod non esset verus Dei vicarius, et talis negatio in errorem Manichaeorum ipsum induceret, ponentium, ab alio principio spiritualia et ab alio temporalia esse producta. Unde non est dubium, quod si pro tali veritate testificanda Papa pateretur, verus Christi martyr esset censendus. Auf den Einwand: consuetudo servanda est, et longo tempore approbata pro lege tenenda est, ut jurisconsultus dicit. Sed ab antiqua consuetudine fuit observatum in Ecclesia Gallicana, quod Praelati Franciae non recognoscunt temporalia a Papa sed a Rege, et ipse similiter Rex a nullo temporalia recognoscit, erwidert

varus Pelagius († nach 1340)[18], welche, durch jener Kühnheit erhitzt, das neu gebildete päpstliche Staatsrecht in seiner abgeschmacktesten Folgerichtigkeit keck und übermüthig entwickelten.

---

er: consuetudo veritati et rationi contraria, quanto diuturnior tanto perniciosior et periculosior, nec consuetudo sed abusio dicenda est. Non enim dixit Christus, ut dicit Gregorius: Ego sum consuetudo, sed: *ego sum veritas.* — Si vero potentia regalis vel imperialis allegatur, videatur, ut dicit Aug. quod factum sit de Nabuchodonosor, quomodo a regno depositus est et inter bestias connumeratus est, donec recognosceret, Deum caeli esse dominum universorum. *Qu.* 73. *art.* 3: Papa alicui potest concedere decimas Laicorum. — Jus naturale propria facit communia in necessitate, jus vero divinum ex caritate, et jus civile ex reipublicae utilitate. Planum est autem, quod Papa est omnis juris interpres et ordinator, tamquam architector in tota ecclesiastica hierarchia vice Christi, unde quolibet jure potest, cum subest causa rationabilis, decimas laicorum, non solum subditorum, verum etiam Regum, Principum et Dominorum recipere et concedere pro Ecclesiae utilitate, ac eos, si noluerint dare, compellere.

18) Sein Werk *de planctu Ecclesiae libb. II.* (*ed. Ulmae.* 1474. *Venet.* 1560 *fol.*) 1330 in Avignon ausgearbeitet, u. 1340 von dem Verf. damals Bisch. v. Silves in Portugal, revidirt, stimmt in den Grundsätzen ganz mit dem des August. Triumphus überein. *cf. lib.* 1, *c.* 13: quod jurisdictionem habet universalem in toto mundo Papa nedum in spiritualibus, sed temporalibus, licet executionem gladii temporalis et jurisdictionem per filium suum legitimum Imperatorem, cum fuerit, tanquam per advocatum et defensorem Ecclesiae, et per alios Reges et mundi Principes; et in patrimonio s. Petri et in regno Siciliae, quod est regnum Ecclesiae et patrimonium, — et in aliis terris Ecclesiae eam per suos rectores debeat exercere. — Cum animae corporibus sunt pretiosiores, et spiritualia temporalibus digniora; — cui ergo commissae sunt animae et spiritualia, multo potius res sunt et corpora committenda. — Temporalia accessoria sunt ad spiritum, Matth. 16: *haec omnia* scil. temporalia *adji-*

Unter diesen Verhältnissen brachte weder die päpstliche Excommunication, welcher Ludwig sogleich eine Appellation an ein allgemeines Concilium [19]) entgegensetzte, noch das alsdann

---

cientur vobis: sed accessoria naturam habent principale sequendi. Danach werden nun gegen Kaiser Ludwig, hier nur Bavarus schismaticus genannt, die päpstl. Anmaßungen vertheidigt. Dann: *Cap.* 33: Quod Papa non tenetur se purgare de aliqua infamia, a quibuscunque exorta, bonis vel malis, si non vult. *Cap.* 34: Quod in hac vita, etiamsi injuriam vel injustitiam facit Papa alicui, non habet judicem super se, nec tenetur eligere judices vel arbitros. *Cap.* 36: Quod antea fuit Ecclesia, quam Imperium. *Cap.* 60 rückt er die Bulle *Unam sanctam* ein. *Cap.* 68 gegen die neuen Schismatici, insbes. gegen den haeresiarcha novellus Marsilius Padovanus.

19) *dd.* Sachsenhausen im Apr. od. Mai 1324 (*ed. Baluz. vitae PP. Aven. T. II. p.* 478): Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus proponimus contra Johannem, qui se dicit Papam XXII, quod inimicus sit pacis, et intendit ad discordias et scandala suscitanda. — Nam publice dicere dicitur, quod quando inter Reges mundi et Principes est discordia, tunc Papa est verus Papa, et timetur. — Maxime autem dicere dicitur, quod discordia Alamanniae — salus est et pax Romani Pontificis et Ecclesiae. Unde cum multiplicarentur in Alamania, occasione diversarum electionum, caedes, — et sanguinis effusiones, proh dolor, innocentium; nunquam unam literam vel qualemcunque nuntium misit ad obviandum praedictis periculis atque malis, cum tamen multos haberet in partibus Alamanniae exactores et collectores pecuniarum pro ipso, quibus hoc committere sine aliquo suo onere potuisset, si voluisset, vel sibi de hoc cura aliqua fuisset, ostendens se per hoc facere contra doctrinam et vitam et exemplum Christi, cujus vicarium se mentitur et dicit. Nachdem das Recht des Kaisers und die ungegründeten Anmaßungen und das unrechtliche Verfahren des Papstes nachgewiesen sind, folgt eine weitläuftige und sehr heftige Widerlegung der päpstl. Behauptung, Christum et Apostolos habuisse bona temporalia in communi eo modo, quo alia collegia habent, quod dictum est notorie haereticum,

über Ludwigs getreue Unterthanen ausgesprochene Interdict [20]) die gewünschte Wirkung in Deutschland hervor [21]). Des Papstes Zorn stieg, als sich Ludwig sogar mit Friedrich versöhnte

---

et profanum et contra Evangelii sacrum textum, welche offenbar aus der Feder eines verfolgten Minoriten geflossen ist. Zuletzt: ad generale Concilium, quod instanter et cum instantia repetita in loco tuto nobis et nostris convocari petimus, et ad verum legitimum futurum summum Pontificem, et ad sanctam matrem Ecclesiam et apostolicam sedem, et ad alium vel ad alios, ad quem vel ad quos fuerit appellandum, provocamus et appellamus.

20) *Processus quartus* v. 11 Jul. 1324 in *Martene et Durand thes. anecd. II*, 660: (Ludovicum) reputamus et declaramus merito contumacem, — omni jure, si quod sibi ex electione sua competere seu competiisse poterat, a Domino privatum denunciamus, — de benignitate sedis apostolicae — supersedentes ad praesens a poenis aliis, quibus excessus praedicti ipsum reddiderunt obnoxium. — Personas ecclesiasticas, — quae contra — mandata nostra Ludovico praefato tamquam Regi — paruerunt vel adhaeserunt quomodolibet, — declaramus poenas suspensionis ab officio, ac excommunicationis sententias — incurrisse. Civitates autem, communitates, — ac singulares personas illarum, quae in praedictis — deliquerunt, declaramus, civitates — interdicti, singulares vero personas excommunicationis sententiis subjacere. Dann wird Ludwigen sub poenis excommunicationis ac privationis feudorum, quae ab Ecclesia Romana vel aliis seu Imperio obtinet, verboten, ne deinceps se Regem Romanorum vel electum intitulet, und ihm der 1te Oct. als peremtorischer Termin bestimmt, um sich vor dem Papste zu verantworten.

21) vgl. die päpstlichen Schreiben v. J. 1324 im Oberbaierischen Archiv f. vaterl. Gesch. Bd. 1 (München 1839). Nach S. 50 wollten die Lütticher u. Straßburger ihren Bischöfen die Publication der processus nicht gestatten. (Ueber Straßburg's treue Anhänglichkeit gegen Ludwig, s. *Wencker apparatus et instructus archivorum, Argent.* 1713. 4. *p.* 194). Nach S. 60 hatte der Erzb. v. Mainz, nach S. 68 der Erzb. v. Cöln dieselben nicht publicirt. Die Stadt

(März 1325) [22]): und als der Letztere trotz aller Aufforderungen zum Gegentheile [23]) das gegebene Wort redlich lösete. Und nun

u. Diöces Basel fordert der Papst S. 81 unter Drohungen auf, die Publication zu gestatten: aber *Jo. Vitoduranus p.* 32: quidam clericus famosus a Papa Basileam dirigitur, ut quosdam processus frivolos ibidem promulgaret: qui statim de curia Monasterii summae Canoniae dictae Burg, eminenti et valde excelso loco, in fluvium Rhenum illic praeterfluentem praecipitatur. Der Erzb. v. Salzburg, u. die Bischöfe v. Freisingen u. Passau mußten als Anhänger des Papstes nach Oesterreich flüchten, Buchner's Gesch. v. Baiern *V*, 360.

22) den Vertrag s. b. *Gewold p.* 89, u. Olenschlager, Urkundenbuch S. 129. Friedrich entsagte dem Reiche, und verpflichtete sich Ludwigen zu helfen „wider allermeniglich, swie sie genannt seyn, Pfaffen und Layen, und mit nahmen wider den, der sich Babst nennet, — dieweil er wider den Chünig und das Riche ist." vgl. Kurz Oesterreich unter K. Friedrich d. Schönen S. 304.

23) vgl. Kurz S. 319. Der Papst schrieb an Friedrich *dd.* 4. Mai 1325 (b. *Raynald. ad h. a. no.* 2): Sane quia multorum habet opinio, quod in relaxatione hujusmodi ad multa Deo infesta, tibique inexpedientia, et Rei periculosa publicae Te promissionibus, — juramentis ac poenis — duxeris astringendum: nos super hoc de salubri providere remedio cupientes — ea ex officio nostro cassa et irrita, et nulla esse penitus declaramus; — Tibique nihilominus — in virtute sanctae obedientiae ac sub excommunicationis poena — districtius inhibentes, ne ad ejusdem Ludovici Rebellis et excommunicati quoquo modo redire carcerem, aut sibi — obedire praesumas. Er erklärte auch die Friedrichen aus seiner Wahl zukommenden Rechte für wiederhergestellt (*Raynald. l. c. no.* 5): dennoch aber fuhr er heimlich in seinem Streben fort, Karln IV. Kg. v. Frankreich die Kaiserkrone zu verschaffen. Er schrieb an denselben *dd.* 30. Jul. 1325 (*l. c. no.* 6): res sic sunt dispositae, ut regium possit ad prius desiderium adimpleri. — Tepiditas regia multum negotio obfuit, quia et nos reddit et reddidit tepidos et morosos. — Excutiat circumspectio regia quaeso hunc torporem, et operetur, dum ad hoc intendat, dum dies est.

rächte sich der vorgebliche Statthalter Christi dadurch, daß er die Mark Brandenburg, mit welcher Ludwig seinen Sohn kurz vorher belehnt hatte [24]), durch ihre Grenznachbarn, besonders durch die heidnischen Litthauer, verwüsten ließ [25]).

Ludwig sicherte indeß sein Ansehen in Deutschland so weit, daß er daran denken konnte, den Papst an seiner empfindlich=

---

24) Die 1323 geschehene Belehnung (s. Urkunden in *Ludewig reliqu. mss. II*, 262. X, 642.) erklärte der Papst für ungültig, u. befahl jetzt den Brandenburgern in virtute sanctae obedientiae, u. bei Strafe des Bannes u. Interdicts, ihrem neuen Fürsten den Gehorsam zu versagen (*Raynald. ann.* 1325 *no.* 8).

25) *Jo. Vitoduranus* im *Thesaur. hist. Helv. p.* 32: De Johanne Papa exsecrabile factum fidelibus in perpetuum displicibile praecedentibus subnecto. — Nam in quibusdam Christianitatis, ut fertur, extremitatibus, Teutonicis cruciferis diffuse dominantibus, paganorum truculentam rabiem eos contingentium coërcentibus et refraenantibus, ne per suas invasiones et incursiones pestiferas fidelium terris, quantum gliscunt, nocere possint, dominus Papa in mandatis districtissime dedit, quatenus ipsos per terram suam liberum transitum habere sinerent, ut in vindictam et injuriam Imperatoris ad terram filii sui demoliendam, vocatam Brandeburg, accessum habere possent. Qui jussioni papali contraire pertimescentes, inviti cum ejulatu, ut ita dicam, amarissimo paganis transitum pro suo libitu indulserunt. (Quidam ajunt, Papam haec demandasse Regi Graagogiae (d. i. *Cracoviae*), et quia sibi in hoc paruit, Regem eum fecit, qui ante Dux unus Poloniae fuit). Qui venientes ad terram praenominatam immanissima scelera auditu horribilia commiserunt. Armati enim in multitudine incredibili ex insperato ad terram memoratam supervenerunt bestiali mente, indomito ac agresti more ipsam vastantes: nec in hoc eis suffecit, quin etiam mulieres certatim temerarent coitu nefario; ipsis quoque mamillas absciderunt, Ecclesias diruerunt, Altaria destruxerunt, corpus Christi in scriniis super aris reconditum sustulerunt, et sibi lanceas suas infixerunt, blasphemando dicentes: Ecce Deus Christianorum in nullo se defendere valens.

sten Stelle, in Italien, anzugreifen (1327). Vergeblich schritt Johannes zu dem fünften Proceß [26]); das Ketzergeschrei der Minoriten stumpfte seine geistlichen Waffen [27]), Ludwig durchzog siegreich Oberitalien [28]), und empfing, während der Papst gegen ihn einen Kreuzzug verkünden ließ [29]), in Rom die Kaiserkrone

---

26) *Processus quintus* v. 3. Apr. 1327 in *Martene thes. II*, 671: — declaramus ipsum Ludovicum privatum feudis omnibus, quae a Romana Ecclesia, vel Ecclesiis aliis, seu ab Imperio obtinebat, et specialiter Ducatu Bavariae, — exponendis vel concedendis catholicis, si, prout, et quando, ac quibus, vel de quibus sedes apostolica duxerit ordinandum, principalis domini jure salvo: — vasallos quoque ipsius a juramento fidelitatis — expressius nunciantes eos absolutos. Et quia excommunicatus pro fautoria haereticorum excommunicationis sententiam sustinuit per biennium et ultra animo indurato, idcirco declaramus praefatum Ludovicum fore manifestum haereticorum fautorem, ipsumque poenas omnes a canonibus inflictas talibus incurrisse (s. Abth. 2 §. 89 not. 22). — Zugleich wurden *dd.* 9 Apr. 1327 (*l. c. p.* 692) mehrere Anhänger Ludwig's, insbes. Marsilius und Johannes de Janduno, namentlich excommunicirt. Ausführlich wurden diese Beiden aber für Ketzer u. vogelfrei erklärt d. 23. Oct. 1328 (*l. c. p.* 704).

27) Am 9. Jan. 1328 wollte der Schreiber des Bischofs v. Constanz jenen päpstl. Processus in Freiburg verkünden: „da erbaten ihn die „Bürgere früntliche und liepliche, daß er dieselben Brieve willekliche „und gerne hie ungekündet ließ, und sie wieder hinan führte." Freiburger Rechtsbüchlein, in Schreiber's Urkundenbuch der Stadt Freiburg *I*, 278.

28) *Villani X, c.* 15 *ss. Albert. Mussati Ludov. Bavarus* in Böhmer's *fontes rer. Germ. I*, 172.

29) *dd.* 21. *Jan.* 1328 in *Martene thes. II*, 716: Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictum Ludovicum ejusque complices — expugnabunt, et super hoc per annum — laborabunt, Ecclesiae sequendo vexillum, *tam clericis quam laicis*, — illam concedimus veniam peccatorum, quae concedi — profiiscentibus in terrae sanctae subsidium consuevit, et in retributione justorum salutis aeternae pollicemur augmentum. Eos

(17. Jan. 1328), sprach über Johannes das Absetzungsurtheil aus [30]), und ernannte einen Franciscaner als Nicolaus V.

---

autem, qui non per annum integrum, sed per ipsius anni partem in hujusmodi Dei servitio laborabunt, juxta qualitatem laboris et devotionis affectum participes esse volumus indulgentiae supradictae.

30) 18. Apr. 1328. s. *Villani* X, *c.* 68. *Ludovici IV. Imp. processus contra Jo. XXII.* in *Baluzii vitae PP. Aven. II*, 512: Ludovicus Dei gratia Romanorum Imp. et semper Augustus ad perpetuam rei memoriam. Gloriosus Deus — nos, Ludovicum IV Romanorum Imperatorem, — in Principem super haereditatem suam inunxit, ut de manibus inimicorum suum populum liberemus. Eapropter ex imperialis celsitudinis debito excessus enormes Jacobi de Caturco, qui nunc se Papam Johannem XXII licet mendaciter asserere non veretur, dissimulatione diuturniori nullatenus sufferre valentes — celeri cursu in Italiam venimus ad sedem nostram praecipuam, Romam videlicet, properantes. Dann werden die Vergehen des Papstes aufgezählt, Simonie, Verhetzung zu Empörungen (Ex quibus profecto evidenter agnoscimus, sacrum Imperium — per hunc *mysticum Antichristum*, qui se Papam nominat, si quod absit effrenis ejus rabies ultra procederet, irreparabiliter exterminari), Verwüstung Brandenburgs durch Heiden, bes. Anmaßung der höchsten weltl. Macht gegen die Lehre Christi (cui etiam Decretistae asserunt, dicentes, Papam non habere utramque jurisdictionem), Entfernung von Rom. Quapropter cum hic praevaricator nefarius divinae dispositionis ordinem sacerdotio et imperio praestitum publice impugnaverit, statu sui vicariatus abutens enormiter, dum gladio sanguinis uti praecepit pro gladio spiritus, quod est verbum Dei; hinc est, quod zelo justitiae atque reipublicae, — auctoritate nobis in hoc casu caelitus ordinata contra quoslibet fidei et veritatis sanctae matris Ecclesiae turbatores, — praedecessorum nostrorum, videlicet Ottonis primi, qui cum clero et populo Romano Johannem XII deposuit de papatu, et cum clero et populo de alio pastore urbi et orbi providit, et aliorum quamplurium Imperatorum vestigiis inhaerere volentes, ipsum Jacobum in haeresi deprehensum, cum ex facti evidentia, quia haeresim publice praedicat, per-

zum Papste [31]).

Aber Italien wurde, wie schon manchem deutschen Kaiser, so auch Ludwigen verderblich. Die Unzulänglichkeit seiner Hülfsmittel und der unbeständige Sinn der Italiäner nöthigten ihn, sich aus diesem Lande zurückzuziehen (1329) [32]), und die päpstliche Partei erhielt so sehr wieder das Uebergewicht, daß der verlassene kaiserliche Papst bald seinem Gegner ausgeliefert wurde (1330) [33]). Den nach Deutschland zurückkehrenden Kaiser ver-

---

fectionem altissimae paupertatis in Christo penitus denegando, — quam ex confessione propria, ut liquet ex iniquis et temerariis vocatis processibus ab ipso contra sacrum Imperium in nostra persona factis, — eo quod indigne gerit et gessit vicariatus officium, — a Christo privatum esse — denunciamus, nostraeque imperialis auctoritatis sententia episcopatu Romano et universalis Ecclesiae Dei seu Papatu tenore praesentium privamus, et ab eodem deponimus in his scriptis, sententia lata de communi consilio — cleri et populi Romani, nostrorumque Principum et Ecclesiae Praelatorum, tam Alamannorum quam Italicorum. — Unde et saepedictum Jacobum omnis ecclesiastici ordinis praerogativa nudatum — subjicimus saecularis nostrorum ministrorum arbitrio potestatis, — ubicumque deprehensus fuerit, velut haereticum animadversione debita puniendum. In einer zweiten Sententia von dems. Tage (*l. c. p.* 522) wird Johannes nach einer weitläuftigen Widerlegung seiner Meinung von der Armuth Christi für haereticus notorius et manifestus et excommunicatus erklärt.

31) 12. Mai 1328: *Villani X, c. 71 ss.*

32) *Villani X c. 96 ss.* In Pisa kam noch 1328 eine Anzahl strenger Minoriten, die aus Avignon geflüchtet waren, zu ihm, und unter ihnen die Ausgezeichnetesten des Ordens, Michael v. Cesena, General desselben, Wilh. Occam u. Bonagratia v. Bergamo, welche von jetzt an bei Ludwigen blieben (*Contin. chron. Guil. de Nangis* in *d'Achery spicil. III*, 88. *Wadding annales Minorum ann.* 1328 *no.* 17).

33) *Villani X, c.* 162. *Bernardus Guido in secunda vita Joannis XXII ap. Baluz. vitae PP. Aven. I*, 143.

folgten neue Bannflüche [34]), und jetzt machten dieselben auch in Deutschland auf die durch manche der bisherigen Vorgänge beunruhigten Gemüther [35]) einen stärkern Eindruck als früher [36]).

34) *Processus sextus* v. 20. Apr. 1329 (in *Martene thes. II*, 771) verdammt Ludwigen als Ketzer, quod damnatam haeresim, — quod Christo et Apostolis in rebus, quas habuerant, nullum jus competierat, sed tantummodo in eis habuerant usum facti, asserere praesumserat temere et publice, und weil er, asserens errorem, — quod Imperatori licebat Papam deponere, contra nos depositionis de facto praesumsit sententiam promulgare. Am 25. Jun. befahl er von neuem in Italien das Kreuz gegen Ludwig zu predigen (*l. c. p.* 777). Am 27. Jan. 1330 erneuertes Verbot, Ludwigen zu gehorchen (*l. c. p.* 787).

35) besonders durch die Aufstellung eines Gegenpapstes, der bald darauf vor Johannes XXII. seine Irrthümer abschwören mußte. vgl. den dem Papste Johannes XXII. keineswegs geneigten, u. die mira sanctitas des Gegenpapstes anerkennenden *Jo. Vitoduranus* im *thes. hist. Helv. p.* 28. Er erklärt dennoch die Wahl für einen error, Ludwig und die Römer hätten vielleicht das alte von Hadrian an Karl d. G. verliehene jus eligendi summum Pontificem et sedem apostolicam ordinandi geltend machen wollen; sed non super petram, sed potius super arenam — aedificassent. Quia — successores Caroli memorati praefato juri longe ante istius renunciaverunt tempora.

36) *Jo. Vitoduranus l. c. p.* 29: Ex tunc plures civitates — abstinuerunt se a divinis, et interim Clerus graviter fuit angariatus et compulsus ad divina resumenda, et plures annuerunt, non verentes latam sententiam, nec ultionem divinam. Multi etiam erant inobedientes, et ob hoc de locis suis expulsi, et sic tandem facta fuit lamentabilis difformitas Ecclesiarum: quaedam enim immunem se existimans ab interdicti censura in laudes divinas celebrando imperterrite ac secure laxavit ora; quaedam vero e contrario interdicti poena se plexam reputans organa Domino canentia suspendit. Et illae mutuo se sinistre judicabant, et quod mirabilius est, tacentes in divino cultu habito clausis januis mutuo sibi non communicabant, sed frequenter se excludebant, cantantes etiam se alterutrum vita-

Ermüdet durch so hartnäckige Verfolgung versuchte jetzt Ludwig neue Friedensunterhandlungen. Aber der Papst, von dem hochstrebenden Philipp VI. v. Valois, seit 1328 Kg. v. Frankreich, so umstrickt, daß er demselben die ausschweifend=sten Forderungen zugestehen mußte [37]), wies die demüthigen

---

verunt. — Haec autem diversitas lamentabilis causabatur non solum propter diversitatem conscientiarum, — sed etiam ex eo, quod Jurisperiti in iis requisiti diversimode canones juris ecclesiastici interpretabantur. Jacob v. Königshoven Elsass. Chronicke S. 128: Hievon wart große Irrunge und Zweyunge in der Pfaffheit in des Riches Stetten, und in den frigen Stetten, die disen Ludwig für einen Keyser hettent. Wan etliche Pfaffen und das Mereteil die woltent des Bobestes Briefen gehorsam sin, und woltent nüt singen, noch Gottesdienst han. Also die Agestyner und vil bi alle Orden zu Strosburg und anderswo in frigen und Riches Stetten, die worene XVII Jor one singen. Aber die Brediger und Barfussen zu Strosburg die sungent vil Jor an der erste wider des Bobestes Briefe. Hünden noch liessent die Brediger abe, und woltent auch nyme singen: do sprochent die Herren von Strosburg, sit das sü hettent vor gesungen do soltent sü ouch fürbas singen, oder aber us der Statt springen. Do zugent die Brediger us der Statt, und liessent ir Closter lere ston IV halb Jor. Duch zweiete sich die Pfafheit underenander so sere, das die Pfaffen uf einre Stift, und die Müniche in eime Closter ire etliche sungent und die Andern swigent. Der Keyser was so gut und tugenthaft, das er keinen armen Pfaffen det derumb kestigen; doch twang er die Bi=schove und Prelaten, das sü mustent ir Lehen von ime enphohen.

37) Das Uebergewicht im Cardinalscollegio gewann er dadurch, daß er dem Papste immer mehr französische Cardinäle aufdrängte. Am 25 Mai 1331 schrieb ihm Johannes: Circumspectionem regiam volumus non latere, quod jam XX Cardinales, de quibus XVII de regno Franciae originem traxisse noscuntur, existant: dennoch mußte er gleich nachher auf kgl. Empfehlung den Bischof v. Autun zum Cardinal machen (*Raynald. ann.* 1331 *no.* 33. 34). — Insbe=sondere suchten sich die franz. Könige unter dem leeren Vorwande eines neuen Kreuzzuges von der Kirche zu bereichern. Schon Karl IV. hatte zu diesem Zwecke 6 Mill. librarum Turonensium von

Johann gefordert (*Raynald. ann.* 1323 *no.* 10): erhielt aber die Antwort: summam praedictam — dividere inter omnes — difficile nimis nobis. — Philipp VI. erbot sich wiederum zum Kreuzzuge 1331, verlangte aber dazu vom Papste (*Villani* X, *c.* 196) tutto il tesoro della Chiesa, e le Decime di tutta Christianita per sei anni, pagando in tre anni, e in suo Reame le investiture e promutazione d'ogni benefizio ecclesiastico; e adomandava titolo del Reame d'Arli e di Vienna per lo figliuolo, e d'Italia volea la signoria per Messer Carlotto suo fratello. Darauf wurde er freilich erinnert, daß die Könige von Frankreich schon seit 40 Jahren den Zehnten von der franz. Kirche unter dem Vorwande eines Kreuzzugs gezogen, und zu andern Kriegen verbraucht hätten: indeß suchte ihn der Papst doch möglichst zufrieden zu stellen, er ernannte ihn d. 26. Juli 1333 zum rector et capitaneus totius exercitus christiani, qui transfretabit, und wies per universas mundi partes decimam ecclesiasticorum redituum sexennalem — in utilitatem dicti passagii an (*Raynald. ad h. a. no.* 3. *cf. Ughelli Italia sacra III*, 537). In der *Vita octava Bened. XII.* (b. *Baluz. I*, 241) wird von diesem auch nachher erneuten Vorgeben ganz ehrlich gesagt: quod tamen effectum non habuit, *cum etiam propter delusiones praeteritas minime fiendum communiter crederetur.* In diese Zeit gehört auch wohl die päpstl. Verordnung, durch welche Italien vom deutschen Reiche getrennt wird (b. *Baluz. I*, 704, vollständig herausgegeben v. Höfler im Oberbaier. Archive f. vaterländ. Gesch. *I*, 113): provinciam Italiam ab eodem imperio et regno Alamaniae totaliter eximentes, ipsam a subjectione, communitate, et jurisdictione eorundem regni et imperii separamus, — decernentes, ut nullo unquam tempore conjungantur; — ex eo praecipue, quod earundem provinciarum longa diffusaque protensio — impedit unius regnantis jurisdictionis et gubernationis effectum. — Ac declaramus, regnum praescriptum Alamaniae a regno Franciae claris distingui terminis, — per nos — paterno amore provide distinguendis. Schon der Zeitgenosse *Albericus de Rosate dict. juris s. v. Italia* u. *Papa* erwähnt dieser Verordnung mit einem: an potuerit illud statuere, Deus novit: und so haben Baluzens Zweifel an deren Aechtheit keinen Grund.

Anträge, welche zuerst von den Freunden des Kaisers (1330) [38]), dann wiederholt von dem Letztern selbst (1331 u. 1332) [39]) an

38) Näml. v. Johann Kg. v. Böhmen u. Balduin Erzb. v. Trier, denen sich darauf auch Otto Herz. v. Oestreich anschloß. Vgl. die zwei Antwortschreiben des Papstes v. 31. Juli (b. *Raynald. ann.* 1330 *no.* 29 *ss.*, vollständiger in *Martene thes. II*, 800) u. 21. Sept. (b. *Raynald. l. c. no.* 34 *ss.*). Die Vorschläge waren (*Raynald. l. c. no.* 35. *Martene l. c. p.* 801): **Primo quod (*Bavarus*) cum effectu deponet suum haereticum antipapam. Secundo quod penitus recedet ab appellatione. Tertio quod omnia, quae fecit seu attentavit contra sanctam personam domini nostri Papae Ecclesiamque Romanam, revocabit cum effectu. Quarto quod recognoscet, se excessisse et sententias excommunicationis ipsum ligasse. Quinto quod gratiae nostri Papae se offeret ad misericordiam. — Haec omnia sic intelliguntur, quod Bavarus in honore et suo statu remaneat, scil. in regno et imperio.** Des Papstes Antwort: **Nescitis quid petitis! — Impossibile enim est ipsum remanere in honore imperiali et regio sine novi juris acquisitione, cum honorem et dignitatem non habeat. — Offerimus, si ad gremium Ecclesiae redire voluerit idem Bavarus, sicut debet, ipsum benigne recipere nos paratos, eique tantam et talem impartiri gratiam, quod tu et Principes supradicti poteritis merito contentari.**

39) Die Bittschrift des Kaisers u. die Instruction für die Gesandten v. Oct. 1331 b. *Gewold p.* 118 *ss.* Olenschlager's Urkundenbuch S. 180 ff. Ludwig erklärt sich zu allem bereit unter der Bedingung, daß er „und das römische Reiche bei iren Rechten und Eren beleiben „sullen." — Ueber die zweite kaiserl. Gesandtschaft v. 1332 s. des Zeitgenossen *Heinrici Mon. in Rebdorff annales* (*ed. Chr. Gewold. Ingolst.* 1618. 4. u. bei *Freher-Struve T. I*) *ad h. a.*, bes. *Joh. XXII. ep. ad Reg. Franciae* (b. *Raynald ann.* 1333 *no.* 28): **Ut quae nobiscum egerunt Bavari nuncii, celsitudo regia non ignoret, ecce quod quia mandatum sufficiens non habebant, oblataque per ipsos erant insufficientia ad ea, quae idem commiserat Bavarus comperta, et quae petebant per nos sibi fieri, erant omnino obvia rationi, tractatum cum eis habere renuimus etc.**

ihn ergingen, stolz zurück: so daß der Verfolgte eine kurze Zeit hindurch schon entschlossen war, die eben so schwere als glänzende Krone niederzulegen [40]). Eine zweite ketzerische Meinung, deren der Papst bezüchtigt wurde [41]), gab Ludwigen neue Waf-

---

40) *Heinricus de Rebdorff ad ann.* 1334. *Quinta vita Joh. XXII.* b. *Baluz. I*, 176. *Raynald. ann.* 1334 *no.* 20 *ss.*

41) Er hatte schon am 1ten Advent 1331 öffentlich gepredigt (*Cont. Guil. de Nangis* in *d'Achery spicileg. III*, 95), quod animae decedentium in gratia non videant Deum per essentiam, nec sint perfecte beatae, nisi post resumptionem corporis, eine Meinung, die zwar mit den ältesten Vätern übereinstimmte (Bd. 1 Abth. 1 §. 52 *not.* 23), die aber seit dem 5ten Jahrh. verlassen (Münscher's Dogmengeschichte *IV*, 414) und nebst andern Meinungen 1240 von der Pariser Universität verdammt war (*d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus I*, 186). Vor der päpstl. Meinung beugte sich der größte Theil des Hofes: nur der engl. Dominicaner *Thomas Walleis* trat am 27sten Dec. in Avignon dagegen auf (s. *Guilelmus Thorn chron. de gestis Abbatum s. Augustini Cantuar.* in *Scriptt. X hist. Anglicanae. London* 1652. *d'Argentré I*, 316), wurde aber gefangen gesetzt. Der Papst wollte seine Lehre durch zwei Bettelmönche 1332 nun auch in Paris geltend machen (*Cont. Guil. de Nangis l. c. p.* 96), hier fand dieselbe aber großen Widerstand: der König verlangte von den Universitätstheologen ein Gutachten: diese entschieden d. 2. Jan. 1333 (*d'Argentré l. c.*), quod a tempore mortis Domini nostri Jesu Christi, per quam pretium redemptionis humani generis extitit persolutum, omnes animae ss. Patrum, quas idem salvator noster ad inferos descendens eduxit de limbo, caeterorumque fidelium animae, quae de corporibus exierant, nihil habentes purgabile, vel quae jam in Purgatorio sunt purgatae, ad visionem nudam et claram, beatificam, intuitivam et immediatam divinae essentiae et benedictissimae Trinitatis, — quam Apostolus 1 Cor. 13 nominat visionem facie ad faciem, erunt assumptae, ipsaque Deitate beata perfecte fruuntur; et jam quod crediderunt videntes, quod speraverunt tenentes, non in spe sed in re sunt beatae. Quamquam dicta visio, quam nunc habent, resumptis corporibus minime evacuabitur, alia succe-

fen gegen denſelben in die Hände: aber jener entging dem kai=

---

dente, sed ipsamet in eis, cum sit earum vita aeterna, perpetuo remanebit: nahmen aber dabei, um dem Papſte einen Ausweg zu laſſen, an, daß er die gegentheilige Meinung nur recitando, nicht determinando, asserendo seu etiam opinando vorgetragen habe. Dieſe Entſcheidung ſchickte der König dem Papſte (*Cont. chron. Guil. de Nangis p.* 97), mandans sibi a latere, quatenus sententiam Magistrorum de Parisius, *qui melius sciunt, quid debet teneri et credi in fide, quam Juristae et alii Clerici, qui parum aut nihil sciunt de theologia*, approbaret, et quod sustinentes contrarium corrigeret. Nach *Petrus de Alliaco* Aeußerung in *Concil. Eccl. Gall. ann.* 1406 ließ der König dem Papſte ſogar andeuten, qu'il se revoquast, ou qu'il le feroit ardre (*Bulaei hist. Univ. Paris. IV*, 238). Die die damaligen Verhältniſſe charakteriſirende Antwort des Papſtes v. 18. Nov. 1333 (b. *Raynald. ad h. a. no.* 46): Er habe gehört, daß der König einige Magistros in theologia veranlaßt habe, ut, quod animae sanctae ante suorum resumptionem corporum videbant clare divinam essentiam, praedicarent, Einige ſagten ſogar, quod illos, qui hoc facere renuebant, capitulaveras satis dure. Ab aliis vero audivimus, quibus fidem prorsus adhibemus, quod praeceptum tale seu inductio ab ore regio non processit; sed ut princeps zelator veritatis — aliquibus, qui forsan dicebant seu fingebant, se propter metum aliquem non audere talia praedicare, dixisti, quod metu cujusquam personae non sinerent veritatem — praedicare. Hoc profecto dicere decebat et decet regiam majestatem. Cum autem hanc quaestionem b. Augustinus interdum in scriptis suis reputaverit valde dubiam, et circa eam variasse dicatur, et nedum ipse, sed et multi doctores alii circa istam materiam varient; propter hoc, ut veritas possit melius aperiri, nos interdum in nostris sermonibus mentionem habuimus, non proferendo verbum de nostro capite, sed dicta Scripturae sacrae et Sanctorum: — multique — coram nobis — pro et contra de ista materia sunt locuti. — *Et quia, fili dilectissime, forsan tibi dicitur, quod nos non sumus in theologia magister*, audi quid unus sapiens dicat: Non quis, inquit, sed quid dicat, intende. Er bietet dem Könige ſeine Sammlungen über dieſen Gegenſtand aus der heil. Schrift

ferlicher Seits beabsichtigten allgemeinen Concil [42]) durch den Tod.

---

u. d. Vätern an. Profecto, amantissime fili, si quae circa istam materiam aliqui scripserint et dixerint, sciret tua magnificentia, merito miraretur: Viele verbreiteten vom Könige, daß er sich für die gegentheilige Meinung entschieden, multisque comminati sunt religiosis et saecularibus sub umbra tui culminis, si partem illam, quod animae separatae divinam essentiam non videant [defenderent], — quod illos capi facerent per inquisitores haereticae pravitatis. Der Papst glaubt dieß nicht: quia scimus, quod in his vel aliis ut elucidetur veritas intendes, rogamus benevolentiam regiam, ut — magistris in theologia Parisiis legentibus facias nunciari, quod — quilibet dicere et disputare et praedicare valeat, quod sibi juxta doctrinam evangelicam — disputandum videbitur et etiam praedicandum, donec aliud ordinatum per sedem fuerit apostolicam: — sic enim ad veritatem quaestionis praedictae poterit promptius perveniri. Der hartnäckige Alte widerstand hier trotz aller Rücksicht auf Philipp: denn den Widerruf, den er am Tage vor seinem Tode d. 3. Dec. 1334 erlassen haben soll, den aber erst sein Nachfolger d. 17. März 1335 bekannt machte (*Raynald. ann.* 1334 *no.* 35 *ss.*), fanden schon die Zeitgenossen verdächtig. *Cont. chron. Guil. de Nangis l. c.* Joannes Papa — errorem de beatitudine animae, quam ipse diu tenuerat, — insufficienter tamen, ut aliqui dicunt, moriens revocavit. Daher mußte Benedictus XII. d. 29. Jan. 1336 noch eine ausführl. dogmat. Entscheidung darüber erlassen (b. *Raynald. ad h. a. no.* 3). — Vgl. überhaupt *Bulaeus hist. Univ. Paris. IV*, 235. *d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus I*, 314.

42) Dem Interesse des Kaisers, und der bei demselben weilenden strengen Minoriten, von denen Bonagratia gegen die päpstl. Ketzerei schrieb, kam der Unwille der ital. Cardinäle über den franz. Papst entgegen; und das Haupt der Letzteren, Cardinal Neapoleo, hatte seine Unterhandlungen mit Ludwig über das zu berufende Concil fast beendigt, als der Papst starb, *Raynald. ann.* 1334 *no.* 31 *ss.*

§. 100.

Benedictus XII. (20. Dec. 1334 — 25. Apr. 1342). Clemens VI. (7. Mai 1342 — 6. Dec. 1352).

Den entweihten Stuhl Petri bestieg jetzt Benedictus XII., ein wohlmeinender Mönch, aber auch mönchisch beschränkt, und seiner hohen Stellung nicht gewachsen [1]). Er hatte den besten Willen, die schimpfliche französische Knechtschaft abzuschütteln [2]):

---

1) Petrarca urtheilt in einem sogleich nach seinem Tode geschriebenen vertraulichen Briefe (*Epistt. sine titulo, ep.* 1: daß derselbe sich auf Benedict bezieht, s. *Sade mémoires pour la vie de F. Petrarque T. II. Notes p.* 13) ungünstig von ihm. Er wird hier bezeichnet als vino madidus (auch nach *Vitoduranus p.* 39 war er potator vini permaximus, nach *Galvaneus Flamma* b. *Muratori XII*, 1009 comestor maximus et potator egregius, u. nach der *vita octava* b. *Baluz. I*, 141 hatte er zu dem Sprichworte Veranlassung gegeben: bibamus papaliter). Petrarca sagt weiter: Huc nos gubernatoris nostri perduxit inscitia: — fecit hoc furor et rabies, et turpis inertia, et procellosi littoris fervidus appetitus, et rationis imperium fortunae traditum, et hortatu foedae cupidinis pondus infamiae susceptum. Heu quanto felicius patrio terram sulcasset aratro, quam scalmum piscatorium ascendisset! — ille digitis omnium ostensus, omnium salibus aspersus, omnium ludibrium, jocusque mensarum, postremo omnibus hoc mare sulcantibus in aeternum fabula.

2) *Albertus Argent.* (der 1338 selbst als Gesandter des B. v. Straßburg in Avignon war *cf. chron. p.* 129) *p.* 125: Benedictus XII — sic ut a Joanne Papa discrepabat in statura (ille enim fuit pallidus, statura et voce pusillus, iste in corpore maximus, facie sanguineus, et voce sonorus), ita et in moribus discrepabant. Ille ad magnificandum et ditandum consanguineos, ad regnandum nobilibus, et exaudiendis eorum petitionibus, ad vestiendum annuatim plus quam LXX comites et milites intendebat: iste de talibus non curavit. Dixit enim: absit, quod Rex Franciae per consanguineos meos super me ditaretur [*dominaretur?*], meque sicut praedecessorem meum ad sua quaevis vota coartaret. — Fuit — theologorum summus, sed

aber Philipp v. Valois wußte nach wie vor durch das Uebergewicht der französischen Cardinäle ihn zu beherrschen. So vereitelte er die Absicht des Papstes, nach Italien zurückzukehren [3]; so auch den herzlichen Wunsch desselben, sich mit Ludwig zu versöhnen [4]. Mit dem Letztern leitete der Papst selbst Unterhandlungen ein, Ludwig kam denselben mit demüthiger Bereitwilligkeit entgegen: aber Philipp wußte die wirkliche Vereinigung stets zu vereiteln [5]. Ludwig entschloß sich endlich, den geheimen Feind

---

nullus in jure, quem inter omnes a longissimis temporibus justissimum aestimabant. — Huic Benedicto in principio creationis suae Philippus rex Franciae mittens legatos, audacter, quasi nihil sibi denegare auderet, petiit inaudita: inter alia scilicet, ut filium suum primogenitum — faceret Regem Viennae, quod se faceret vicarium Italiae, quod sibi per totam Christianitatem daret decimam decimarum per decennium, ut sibi daret totum Ecclesiae thesaurum in subsidium terrae sanctae. Benedict schlug nicht nur dieses alles ab, sondern da Johannes XXII dem Könige bereits den Zehnten seines Reiches unter dem Vorwande eines Kreuzzuges bewilligt hatte, (*Prima vita Bened. XII* b. *Baluz. I*, 200) quia dictum passagium non habuit effectum, dictus Benedictus Papa concessionem decimarum hujusmodi revocavit. — Nam idem Philippus voluit plus intendere ad dictam guerram (gegen den Kg v. England) prosequendam, quam ad dictum passagium faciendum.

3) *Raynald. ann.* 1335 *no.* 3 *ss.*

4) Jac. v. Königshoven S. 129: Benedictus der zwelfte hette den Keyser gerne usser Banne gelassen und sich mit ime versünet. Do woltent es die Cardinale u. der Künig von Frangrich nüt gestatten. wan es verdros den Künig von Frangrich, das der Keyser sich über in schreip.

5) *Albertus Argent. p.* 126. Die erste kaiserl. Gesandtschaft (Apr. 1335) erkundete, qualiter et sub qua forma redire deberet, et sub quibus articulis absolutionem et gratiam petere, u. kam dann vom Kaiser cum illis articulis et mandatis sufficientissimis zurück. Der Papst empfing sie mit der freundlichen Versicherung (2. Oct.), se et fratres suos de hoc, quod nobilis ramus Ecclesiae, Alemannia, qui se in persona domini Ludovici

offen zu bekämpfen, und schloß mit Eduard, König von Eng=

laedi per Ecclesiam aestimans, jam ab arbore Ecclesiae separari coeperat, eidem arbori cum tam magno honore sedis redintegraretur, plurimum gratulari: multum commendans Alemanniam et dominum Ludovicum, quem nobiliorem mundi dicebat: conquerens regi Italiam per tyrannos, ac regnum Armeniae capi a paganis, — ac terram sanctam propter Imperatoris carentiam occupari: unde merito dixit absolutionem eidem impertiri se debere, quae et dari crastino sperabatur. Verum praedictus Rex Franciae, et Rex Siciliae — omnes quasi Cardinales a proposito averterant praeconcepto. Venerant enim ad impediendum factum ad curiam duo Archiepiscopi, duo Episcopi et duo Comites ex parte Regis Franciae, et totidem ex parte Regis Roberti, proponentes erroneum esse, tantum haeresiarcham praeponere dominis eorum Ecclesiae fidelissimis; Papamque cavere debere, ne fautor haereticorum diceretur. (Philipp hatte während der Unruhen einige Städte des Reichs an sich gezogen, die er nach erfolgter Versöhnung hätte wieder herausgeben müssen. *Raynald. ann.* 1335 *no.* 7. *Jo. Vitoduranus* unten *not.* 15). Papa vero dicente: *quid volunt domini vestri, quod non sit Imperium?* illis vero proterve dicentibus: *Pater, non impingatis hoc dominis nostris vel nobis, quod non dicimus; quia contra imperium non loquimur, sed contra personam Ludovici damnatam:* cumque dicerent, Ludovicum multa contra Ecclesiam fecisse, Papa dixit: *immo nos fecimus contra eum: ipse enim cum baculo venisset ad pedes praedecessoris nostri, si voluisset, sed ipse noluit eum recipere: et quicquid ille fecit, quasi provocatus fecit.* Quantumcunque autem Papa assereret, se meliora pacta ab ipso Ludovico pro praedictis Regibus, eorum regnis et posteris extracturum, quam si eum in turri tenerent, penitus nil profecit. Rex Franciae etiam in terra sua undique bona et reditus Cardinalium interdixit et occupavit. Scripserant etiam illis diebus ad Curiam Joannes rex Bohemiae et Heinricus dux Bavariae, gener ejus, quod de auxilio Hungariae et Cracoviae Regum et aliorum alium vellent constituere Regem Romanorum potenter. Et sic Cardinales Papam pro tunc ab absolutione Principis retraxerunt, dicentes, cum sui in partibus suis vel-

6) So schreibt Clemens 1306 an Philipp (*Baluz. PP. Aven. II.*, 65): **De Ecclesiis vero, de quibus nobis tua Serenitas scripsit, scire te volumus, quod nos earum provisiones hac vice nobis duximus reservandas. Quibus Ecclesiis de personis Deo, nobis ac tibi gratis et Ecclesiis ipsis utilibus curabimus — providere:** und darauf dankt Philipp ihm *p.* 87 für die **promotio per uberem gratiam clementiae vestrae facta de dilectis et fidelibus clericis nostris.** Der Papst wurde es endlich müde, so als Werkzeug des Königs zu handeln, und als Philipp 1309 von ihm verlangte, daß er dem Bischofe von Cambray das Erzbisthum Sens ertheilen solle, so schrieb er ihm *p.* 145: **considerantes attentius, quod super translatione hujusmodi per alium modum non poteramus decenter satisfacere votis tuis, provisionem ipsius Ecclesiae Senonensis, quamvis reservationes hujusmodi menti nostrae displiceant, prout nosti, hac vice dispositioni nostrae — duximus reservandam: — tuam Celsitudinem exhortantes, ut nos super similibus reservationibus faciendis, quae nostrae voluntati redduntur contrariae, saltem absque magna causa non infestes.**

7) d. 20. Febr. 1307 erließ Clemens eine Constitution (*Extrav. comm. lib. III. tit.* 2 *c.* 2. *Raynald.* 1307 *no.* 28), worin er sagt, daß er im Anfange seiner Regierung aus Gefälligkeit gegen weltl. u. geistl. Würdenträger Commenden ertheilt habe: **ad eorum importunas et multiplicatas precum instantias nonnullis clericis — patriarchales, archiepiscopales et episcopales Ecclesias ac monasteria — sub commendae vel custodiae, seu curae, vel guardiae, aut administrationis titulo — duximus — committenda. Super iis autem, an tales videlicet et tantas gratias per nos fieri decuisset, variorum et arduorum negotiorum multiplicitate distracti usque ad tempus, quo infirmitate satis periculosa nos**

iis diebus Deus visitavit omnipotens, nequivimus plenarie cogitare. Verum in debilitate ipsius aegritudinis constituti, et a negotiorum utcumque discussione semoti, ad haec sub diligenti examine direximus aciem nostrae mentis, demumque prospeximus evidenter, quod Ecclesiarum et monasteriorum eorundem cura negligitur, bona et jura dissipantur ipsorum, ac subjectis eis personis et populis spiritualiter plurimum et temporaliter derogatur. — Volentes opportunum et debitum in hac parte remedium adhibere, omnes et singulas commissiones hujusmodi per nos — factas quibuscunque cujusvis ordinis, dignitatis, aut status, si etiam s. Romanae Ecclesiae Cardinalibus — factae noscantur, auctoritate apostolica — cassamus et annullamus. Wie wenig aber dieſe Conſtitution zur Anwendung kam, zeigte ſich auf dem Concil zu Vienne 1311. *Guil. Durantis* klagt in ſeiner damals abgefaßten Schrift *de modo celebrandi generalis concilii* (vgl. Abth. 2 §. 62 *not.* 28) *P. II tit.* 21: domini Cardinales in grave animorum ipsorum periculum et universalis Ecclesiae dispendium multa millia florenorum — sibi et multis pestifera adinventione super Ecclesias etiam parochiales et curatas faciunt cumulari, et Ecclesias etiam cathedrales et ultramarinas sub diversis coloribus commendari, et certas sibi solvi ab illis, qui eorum promoventur auxilio, pensiones, quae nunquam in Romana Ecclesia moriuntur, sed ab uno Cardinali in alium vel in ejus vel domini Papae propinquum vel nepotem detinentur. Ex quibus sequitur, cum sibi vindicent universa, infelix quod Clericus, qui de praedictis beneficiis sustentari et eis personaliter deservire debuerat, mendicat in plateis. — Ex hac peste etiam noviter introductum est contra jura, quod Prioratus Conventuales, et alia beneficia ecclesiastica, consueta regi per Monachos et alios Regulares, domini Cardinales — sibi et suis faciunt assignari, quanquam non efficiantur Monachi. — Ex quibus in dictis Prioratibus et beneficiis Regularium periit in totum regularis observantiae disciplina, cum non sit inter eos, qui corrigat etc. Aehnliche Klagen führte ein Biſchof auf dem Concile (*Raynald.* 1311 *no.* 59): Quia multi vita et moribus detestabiles de diversis mundi partibus ad sedem apostolicam concurrentes — beneficia cum

wurf der Simonie auf sich [8]): noch weit schamloser verfuhr aber sein Nachfolger Johannes XXII. Indem er es nicht nöthig fand, seinen Willen anders als durch mündliche Erklärung an seine Canzlei kund zu machen [9]), erweiterte er die

---

cura, vel sine cura quotidie impetrare noscuntur, — et a Praelatis veneranter instituti vel admissi ita detestabilem vel deformem vitam ducunt, quod ob hoc Ecclesiae destruuntur; — Praelati non possunt hodie bonis personis de beneficiis — obstante numerosa multitudine clericorum impetrantium providere. — Heu mittuntur ad Ecclesias vel personae inutiles, peregrinae linguae, barbarae nationis; vel si sunt bonae personae et utiles, nunquam in eisdem resident Ecclesiis, sed in Romana curia, aut Regis aut Principum curiis commorantes per privilegia fructus beneficiorum percipiunt, qui eisdem Ecclesiis de nihilo serviunt. — Cum tam secundum jura divina quam humana singula ecclesiastici juris officia sint singillatim singulis committenda personis; — hodie — una persona, aliquando minus idonea, quatuor vel quinque in diversis Ecclesiis obtinet beneficia, — quinimmo decem vel duodecim — et aliquando plures, sicut vidi. Heu aliquando una persona tot obtinet dignitates, personatus vel officia, quod ex eis posset quinquaginta vel sexaginta exercitatis et literatis personis sufficientissime provideri. — Quid autem de pueris, qui omni discretione carentes — tot obtinent dignitates et beneficia, referam, nescio etc.

8) *Jo. Villani IX c.* 58: questi fu huomo molto cupido di moneta e simoniaco, che ogni beneficio per moneta in sua corte si vendea, e fu lusurioso, che palese si dicea che tenea per amica la Contessa di Palagorgo, bellissima donna. — E lasciò i suoi nipoti e suo lignaggio con grandissimo e innumerabile tesoro.

9) Eben so wie er seine processus durch Anschlag an die Kirchthür in Avignon publicirte s. oben §. 99 *not.* 7. — *Baluz PP. Aven. I,* 722 theilt folgende merkwürdige Urkunde mit: Anno Dom. MCCCXVI. 17. Kal. Oct. Lugduni sanctissimus pater et dominus Johannes P. XXII. pontificatus sui anno primo reservavit suae et sedis apostolicae collationi omnia beneficia ecclesiastica, quae

ältere Reservation der **in curia** vacant werdenden Beneficien [10]), reservirte sich die einträglicheren Stellen aller Stifter [11]), und

---

fuerunt et quocunque nomine censeantur, ubicunque ea vacare contigerit per acceptationem alterius beneficii praetextu gratiae ab eodem domino Papa factae vel faciendae acceptati; mihique Gaucelmo Vicecancellario suo praecepit in praesentia magistri Petri Fabri, quod haec ad memoriam redigerem in scripturam. Dieß die erste Spur der so berüchtigten päpstl. Canzleiregeln (*Regulae cancellariae*). Vgl. Gesch. d. röm. Kanzleiregeln, in Le Bret's Magazin f. Staaten- u. Kirchengesch. *II*, 605. *III*, 1.

10) Durch die Decretale *Ex debito* (*Extravagg. comm. lib. I tit. III c.* 4) i. J. 1316, nur eine weitere Erläuterung jener Canzleiregel *not.* 9. Hujusmodi autem sedes, monasteria, ecclesias, et alia praefata beneficia ecclesiastica per mortem vel depositionem ac privationem eorum, qui ea obtinerent, per electionum cassationem, — quorumlibet provisionem, translationem — vacare apud sedem intelligimus praelibatam. Episcopales insuper vel alias dignitates — fratrum nostrorum s. Rom. Eccl. Cardinalium apud dictam sedem per eorum obitum vacare censemus, sive inibi, sive alibi, ubicunque ipsos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus et beneficiis quibuslibet — officialium nostrorum, videlicet vicecancellarii, ejusdem Ecclesiae camerarii, notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, scriptorum literarum, ac poenitentiariorum nostrorum, nec non abbreviatorum curiae Romanae locum sibi volumus vindicare. Nach diesen Grundsätzen eröffnete er sich i. J. 1317 durch die Decretale *Execrabilis* (*Extravagg. comm. III, tit.* 2, *c.* 4) die Besetzung zahlloser Stellen, indem er hier nach vielen Klagen über die herrschende Habsucht allen Inhabern mehrerer Beneficien (cardinalibus tamen s. Rom. Eccl. — ac Regum filiis — exceptis) befiehlt, sich ein beneficium cum cura, und eins sine cura auszuwählen, die übrigen aber aufzugeben. Quae omnia et singula beneficia vacatura — vel dimissa nostrae et sedis apostolicae dispositioni — reservamus.

11) *Jo. Villani XI*, *c.* 20 (Papa Giovanni) infino l'anno 1319 puose le riservazioni di tutti i benefici collegiati di Christianità, e

alle Kirchen in Oberitalien [12]), ohne auf einzelnen Widerstand zu achten [13]). Wie er bei seinen Ernennungen verfahren hatte,

---

tutti gli volea dare egli, dicendo il facea per levare le simonie. E di questo trasse e ragunò infinito tesoro. Et oltre a ciò, per la detta reservatione quasi mai non confermò elettione di niuno Prelato, ma promovea uno Vescovo in uno Arcivescovado, e al Vescovado del Vescovo promosso promovea un minore Vescovo, e allora avenia bene sovente, che d'una vacazione d'uno Vescovado grande, o Arcivescovado, o Patriarcato faceva sei o più permutazioni; e simile d'altri benefici: onde molte e grandi provisioni di moneta tornavano alla camera del Papa.

12) Bulle von 30. Jul. 1322 bei *Raynald.* 1322 *no.* 4 vollständig in *Ughelli Italia sacra III*, 185: Statu Ecclesiarum, necnon — monasteriorum — tam in terris Italiae Ecclesiae Romanae immediate subjectis, quam in patriarchatu Aquilejensi, nec non Mediolanensi, Ravennate, Januensi et Pisana provinciis consistentium, quas et quae — malitia temporis in eorum provisionibus variis noscitur discriminibus subjecisse (ſ. §. 99 *not.* 4), nostrae mentis obtutibus occurrente; ac propterea similibus in posterum obviare periculis, donec — sublata procella temporis impacati, eisdem Ecclesiis — plena in eligendo securitas ministretur, sollicitis affectibus cupientes; provisiones omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium, et aliarum quarumlibet Ecclesiarum collegiatarum, nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratuum et aliorum quorumcunque piorum locorum saecularium et regularium — consistentium in patriarchatu et provinciis supradictis, — vacantium, — dispositioni et ordinationi nostrae et sedis apostolicae — usque ad ejusdem sedis beneplacitum — reservamus.

13) So klagen die Könige von Caſtilien und Portugal dem Papſte (*Raynald. ann.* 1330 *no.* 44), daß, während früher die inländiſche Geiſtlichkeit ihnen in den Kriegen mit den Mauren bedeutende Hülfe geleiſtet hätte, nunc istis (indigenis) exclusis pariter et contemptis alienigenae, qui nec zelo fidei, nec devotione aliqua ad praemissa invitantur, sed de imbursanda pecunia, quam de ipsis beneficiis percipere possunt, ad alias transferendi partes, continuam gerunt sollicitudinem, eisdem Ecclesiis, monasteriis,

davon zeugten nach seinem Tode die hinterlassenen Schätze [14]). Der gewissenhafte Benedict XII. widerrief die ertheilten Commenden [15]), und bestätigte die Reservationen seines Vorgängers [16]) nur, um die kirchlichen Stellen wieder würdiger zu besetzen [17]): aber Achtung vermogte er sich und seinen Grundsätzen

---

personatibus, dignitatibus sunt praelati. Quare supplicant iidem Reges humiliter et instanter, quatenus praemissis alienigenis ad alia beneficia in aliis partibus translatis de praelatiis, personatibus etc. per eos detentis indigenis regnorum praedictorum dignetur eadem sanctitas providere. Kräftiger widerstand man in Deutschland: *Heinricus de Rebdorff ad ann.* 1333: In Alemania magnum schisma est in clero et populo, ex provisionibus sedis apostolicae ad episcopales et solemnes praelaturas et alia beneficia, quas idem Ludwicus in odium sedis apostolicae fortiter impedivit.

14) Nach *Jo. Villani XI, c.* 20, der sich darüber auf das Zeugniß seines Bruders, eines Kaufmanns in Avignon beruft, der es von den päpstl. Schatzmeistern erfahren habe, betrug derselbe 18 Mill. Goldgulden in baarem Gelde, u. 7 Mill. an Kleinodien. Außerdem hatten aber auch seine Curialen erworben, *cf. Quinta vita Benedicti XII.* (*Baluz. I*, 232): temporibus retroactis, quando per Papam gratiae seu supplicationes gratiarum signabantur, ipsae supplicationes praesentabantur per Camerarios domini Papae aut per alios de ipsorum mandato, unde frequenter quaestus illicitos ab eis fieri contingebat.

15) *Secunda vita Bened. XII.* (*Baluz. I*, 214): Praelatos omnes ad eorum Ecclesias redire coëgit, volens eorum ambitiosis pravitatibus obviare; et commendas Ecclesiarum, praeterquam dominis Cardinalibus factas, expectationes omnes secundum formam juris canonici revocavit, et fugavit realiter simoniam.

16) Im J. 1335 bestätigte er durch die Bulle *Ad regimen* (*Extravagg. comm. III, II,* 13) die Constitution *Ex debito* s. *not.* 10.

17) *Prima vita Benedicti XII.* (*Baluz. I*, 209): Quantum in ipso fuit, dedit operam efficacem, ut in beneficiis, dignitatibus, et praelaturis suo tempore vacantibus ponerentur et praeficerentur bonae et honestae personae, — ac sufficientes in literatura, ac maturae in moribus, essentque aetatis provectae, juxta

bei seinen Curialen nicht zu erwerben [18]): vielmehr erwählte man nach seinem Tode einen Papst von ganz entgegengesetzter Art, Clemens VI., welcher in Johannes XXII. Fußstapfen tretend, insbesondere zu Gunsten seiner Nepoten und

---

— qualitatem beneficiorum, — ad quae — essent assumendae. — Et in hoc multotiens se decipi formidavit. Et ob hoc, antequam provideret de talibus suae dispositioni reservatis, inquirebat summa cum diligentia de meritis et sufficientia illorum, qui ad hoc sibi nominabantur. Et cum eos non reperiebat juxta gustum suum bene idoneos et sufficientes, potius volebat, quod vacarent et remanerent in manibus suis, quam si aliter provideret. Propter quod suo tempore multa beneficia, dignitates, et praelaturae quamplures diutius in vacatione permanserunt. Dicebat enim, quod melius et securius erat, quod vacarent, quam si haberent malos vel minus idoneos praesidentes. Ipse enim de suis consanguineis vel propinquis exaltandis vel promovendis nullatenus curavit.

18) *Octava vita p.* 240: Huic domino Benedicto maxime insitum cordi fuit, clericos et religiosorum ordinum professores et status reformare, et, ut dicatur verius, infirmare. Paucos enim vel nullos bonos credebat, et omnes a via mandatorum domini et consiliorum semita declinasse dicebat. — Hic dominus Benedictus Papa avarus, durus et tenax, in conferendis gratiis remissus, tardus et negligens in providendo statum Ecclesiarum supra modum fuit; et in excusatione duritiae suae paucos ad haec dignos vel sufficientes dicebat. Omnes dominos Cardinales fore deceptores sui credebat. Raro supplicationes ipsorum recipere volebat, ipsosque non modicum suspectos habebat. Ordines mendicantium supra modum per facti evidentiam exosos habebat. Paucos vel nullos de ipsis ordinibus ad praelationes promovebat. Dissensiones eorum libenter audiebat, et subditis contra Praelatos favere videbatur mirabiliter. Bei seinem Tode machte man die Verse auf ihn (*Septima vita p.* 240):

Iste fuit Nero, laicis mors, vipera clero,
Devius a vero, cuppa (Kufe) repleta mero.

(vgl. §. 100 *not.* 1).

Curialen willkürlich mit den Pfründen aller Länder ſchaltete [19]),

19) *Prima vita Clementis VI.* (b. *Baluz. I*, 264): Habuit hanc humanitatem — ac liberalitatem generaliter ad omnes ad ipsum recurrentes, — quod nunquam vel raro aliquem a se emiserit sine consolatione reali aut verbali, saepius tamen ad rem, quam ad verba intendens. — Suos fratres, nepotes, — compatriotas et servitores valde dilexit. Plurimos — in altis et magnis praelaturis et dignitatibus sublimavit, multos vero in inferioribus beneficiis fere ubique terrarum existentibus collocavit. *Tertia vita* (*Baluz. I*, 284): volens pauperibus clericis universis de eo quod gratis acceperat gratis dare, bullam gratiae suae clementer aperuit, ut infra duorum mensium spatium (anno 1342) de suae clementiae plenitudine gratiam pro gratia cuncti reciperent. — Eadem aestate pontificatus sui prima, cunctis Ecclesiis cathedralibus, collegiatis et aliis, quas praedecessor ejus immediatus, zelo forsitan justitiae, rectoribus viduatas dimiserat, — Episcopos et rectores restituit, — quamvis lucide nosceret, quod proventus non modicos apostolicae camerae defalcabat. — Labia mea laudabunt te, in Clemente VI clementiam, quae per ejus praedecessorem rigorose retenta, misericordiae liquore condita dispergens omni petenti se tribuit gratiosam etc. — *Quinta vita p.* 310: Qui cum eodem anno (1342) circa Pentecosten faceret gratias generales, in Avinione tanta convenit multitudo clericorum volentium in gratia pauperum impetrare, quod numerus clericorum pauperum tunc in examinationibus diocesium per universum orbem fuit computatus ad centum millia clericorum, prout ego personaliter ibidem tunc existens veridicorum relatione intellexi. Hic Papa cum in principio sui pontificatus faceret reservationes abbatiarum et praelaturarum, electiones conventuum et capitulorum irritas habens; et super hoc sibi fuerit intimatum, quod hujusmodi reservationes a suis praedecessoribus minime fuerint factae, ipse fertur respondisse: *Praedecessores nostri nesciverunt esse Papa.* Dieſe Reſervationen ſcheinen durch Canzleiregeln gemacht zu ſein. Wie ſehr ſie ſich auch über die franz. Bisthümer erſtreckten, geht aus den Urkunden b. *de Marca de concord. Sac. et Imp. lib. VI c.* 3 §. 14 hervor, wo der Papſt gegen die Suffragane des Erzb. v. Narbonne entſcheidet, die, weil

und weltlicher Pracht ergeben war [20]). Innocenz VI. [21]) und Urban V. [22]) lenkten zwar auf eine würdigere Bahn zurück,

---

vom Papste ernannt, ihrem Metropoliten nicht das consuetum juramentum leisten wollten. Das Breslauer Decanat vergab er 1350, ungeachtet er früher die Expectanz einem Andern verliehen hatte, und es entstand darüber ein Proceß der Betheiligten vor der Curie, Stenzel's Urkunden des Bisth. Breslau, Einleit. S. *XCII.*

20) *Quinta vita* (*Baluz. I*, 311): Ipse sumptuosissimum tenuit statum et multum pomposum ac saecularem.

21) Christus sagt der heil. Birgitta (*S. B. revelationum lib. IV*, c. 136): Iste Papa Innocentius est de aere meliori quam antecessor ejus, et materia apta ad recipiendum colores optimos. *Tertia vita Innoc. VI.* (b. *Baluz. I*, 357): Hic fuit vir justus et durus in concedendo beneficia et jura ecclesiastica. Subito post suam coronationem multas reservationes factas per Clementem suum praedecessorem suspendit, et constituit, Praelatos et alios beneficiatos in curia tunc morantes unumquemque ad suum beneficium personaliter applicare, et ibi residentiam facere sub poena excommunicationis: quod et factum est. Hic diminuit expensas et familiares suos et etiam omnium Cardinalium. Als Grund der Aufhebung der Commenden giebt er in seiner Bulle (b. *Raynald. ann.* 1354 *no.* 31) selbst an, quod occasione commendarum, — sicut experientia docuit, ut plurimum divinus cultus minuitur, animarum — cura negligitur, hospitalitas consueta et debita non servatur, ruinis aedificia patent etc.

22) *Prima vita Urb. V.* (*Baluz. I*, 394): Simoniacos execratus est. Ementes enim et vendentes beneficia sive spirituales gratias — puniri multimode ordinavit, immo et eorum quamplurimos curiam exire coëgit. Beneficiorum multiplicationem, praesertim incompatibilium, in eandem personam concurrentium invitissime toleravit, immo multos ex illis qui plurima obtinebant privavit, relictis eis tantummodo illis, quae suis statui et sufficientiae congrue convenire judicavit. Super quo etiam constitutionem edidit, quae incipit *Horribilis*; in qua quod suo tempore licere sibi non passus est suis successoribus indicavit etc. Eine Bulle dieses Papstes *Contra pluralitates in*

konnten aber alle Spuren der eingerissenen Unordnungen nicht verwischen [23]). Gregorius XI. vergab wieder die Aemter nach den Wünschen seiner Nepoten [24]): und so behielt in der Ausübung des neu angemaßten Rechtes das Schlechte immer wieder die Oberhand.

Außerdem wurden die Kirchen mit neuen Abgaben belastet. Den Prälaten wurden Confirmationsgebühren [25]) abgefor=

---

beneficiis v. 5. Mai 1365 in *Wilkins Conc. Magn. Brit. III*, 62, eine andere gegen Unionen u. Incorporationen der Beneficien *l. c. p.* 65.

23) Mußte doch selbst Urbanus V. dem Erzb. Cuno v. Trier das Erzbisthum Cöln 1368 auf einige Jahre als Commende ertheilen. Die früheren Reservationen blieben überdieß unverändert.

24) *Prima vita Gregorii XI.* (*Baluz. I, p.* 441): Ipse multum dilexit suos, — ac eorum consilio et instigatione ac favore multa fecit, praesertim in promotionibus nonnullorum, quibus sufficientiores in moribus et scientia forsitan reperiri potuissent.

25) Schon seit alter Zeit waren bald Abgaben für Consecration üblich gewesen, bald als Simonie verdammt s. *de Marca de Conc. Sac. et Imp. lib. VI c.* 10: zur Zeit Alexanders IV. um 1260 wurde schon ein Theil derselben unter dem Namen Annatae (weil sie nach dem Verhältnisse des jährl. Einkommens bestimmt waren) dem Papste und den Cardinälen entrichtet, und es entstanden Klagen darüber (*Ostiensis comm. in Decr. Greg. I. tit.* 32 *c.* 15): unter Clemens V. wurden sie aber für jede Provision, mochte am päpstl. Hofe consecrirt werden oder nicht, erhoben, s. *Guil. Durantis de modo generalis concilii celebrandi P. II tit.* 20: Cum illa decreta, in quibus agitur de simonia, — non serventur, et maxime in curia Romana, in qua etiam coetus dominorum Cardinalium vult habere una cum domino Papa certam portionem a Praelatis, qui promoventur ibidem: videretur super hoc maxime providendum. *cf. Johannes Andreae* (Decretalisten in Bologna † 1348) *comm. in Decr. Greg. I, tit.* 32, *c.* 15: Pluries clamavi in tantum, quod de hoc fuit sermo in Concilio Viennensi, quod optarem, quod curia reciperet vicesimam redituum clericorum totius orbis ad sustentationem Papae et Cardinalium, et nihil exigi posset pro servitiis Praelatorum, quos

dert: von den geringeren Beneficien behielten sich die Päpste nicht selten in Vacanz-Fällen die **fructus primi anni** vor [26]). Am drückendsten für die Kirchen, und insbesondere für die niedere

promovet, exceptis laxatis salariis laborantium, puta scriptorum et similium: et tunc provideret legatis et nunciis, quos mittit, de praedicta quota; abstineret autem ab exactione fructuum primi anni, exactionibus decimarum et similibus, quae nunc pullulant.

26) Schon früher hatten die Bischöfe mancher Länder in Beziehung auf die ihrer Collation zustehenden vacirenden Beneficien ein dem jus regaliae (s. Abth. 2 §. 63 *not.* 8) völlig entsprechendes jus deportuum geltend gemacht, aber um einen sicherern Ertrag zu haben, die vacantiae in fructus primi anni verwandelt: Clemens V. verbot *in Conc. Vienn.* (*Clementin. lib. V, tit.* 6) dieses Verfahren der Bischöfe praetextu privilegii, quod adserunt se habere, quod usque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium possint percipere primi anni. Er hatte dieses vorgebliche Recht aber in England bereits den Bischöfen entwunden, um es selbst auszuüben: *Matthaei Westmonasteriensis* (um 1377) *flores histor. ad ann.* 1306 (*ed. Francof.* 1601 *fol. p.* 454): Ipse vero Papa videns insatiabilem quorundam Episcoporum Angliae avaritiam, importune postulantium primas vacantes Ecclesias per annum in suis dioecesibus sibi concedi, advertensque, quia quod postulat inferior, potest et superior, appropriavit sibi ipsi per biennium omnes proventus de primo vacantibus Ecclesiis in Anglia, videlicet de primo anno primos fructus, tam de episcopatibus, abbatiis, prioratibus, praebendis, rectoriis et vicariis, quam de caeteris minutis beneficiis. Diese Einnahmen aus England bezog Johannes XXII. noch 1317 (*Raynald.* 1317 *no.* 49): aber er dehnte gleich darauf dieselben auf die ganze Kirche aus, indem er sich (s. die Bulle *Cum nonnullae* v. J. 1319, *Extravagg. comm. III, II*, 11, eine Erläuterung der früheren nicht mehr vorhandenen Reservationsbulle) pro Ecclesiae Rom. necessitatibus fructus, reditus et proventus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum, et jam vacantium, et quae in diversis orbis partibus usque ad triennium vacare contingeret, nur mit Ausnahme der archiepiscopales et episcopales Ecclesiae, ac regu-

Geistlichkeit, wurden aber die Steuern, welche die Päpste bald für sich, bald für weltliche Fürsten unter dem Vorwande von Kreuzzügen als Zehnten unaufhörlich ausschrieben [27]).

---

lares Abbatiae, reservirte. In der *Declaratio nationis Gallicae in Conc. Const.* (1417) *de Annatis non solvendis cap.* 2 (in *v. d. Hardt Concil. Const. I, XIII,* 764) wird bemerkt, daß dieß die erste Reservation dieser Art gewesen sei. **Deinde postmodum nonnulli Romani Pontifices, ipsius (Joannis XXII.) successores, etiam certis temporibus similes fecerunt reservationes, certis causis expressis. Quas Clerus, Principes et populus aliquo tempore tolerarunt. Sed postmodum nimium gravati ex iis, in aliquibus regnis et provinciis, recusaverunt solvere. Prout fuit factum in Anglia et quibusdam aliis locis.** Daß diese Reservationen noch nicht die späteren Annaten waren s. *Boehmeri observatt. sel. ad de Marca lib. VI c.* 10 *p.* 153 *ss.* Wie sich diese bildeten s. unten §. 105 *not.* 3.

27) *Continuatio chron. Guil. de Nangis ad ann.* 1326 (in *d'Achery spicil. III,* 86): **Papa depauperatum se videns, misit nuncios speciales per universas provincias regni Franciae ad petendum Ecclesiarum — subsidium pro guerra sua in Italia prosequenda. Quod Rex Franciae, asserens hoc in regno Franciae inconsuetum, prohibuit: sed domino Papa sibi super his rescribente, postmodum Rex considerans *Do ut des*, faciliter concessit; unde et pro duobus succedentibus annis Papa Regi biennalem decimam super Ecclesiam concessit: et ita dum miseram Ecclesiam unus tondet, alter excoriat.** Wie oft und lange die franz. Könige diese Zehnten bezogen, s. oben §. 99 *not.* 37 §. 100 *not.* 2. *Thomassini vetus et nova eccl. discipl. P. III lib. I c.* 43 §. 10; fast unaufhörlich hatten die span. Könige diese Zehnten zum Kriege gegen die Mauren s. *Thomassini l. c. c.* 44 §. 3; aber auch den englischen Königen wurden sie nicht selten verliehen, so 1306 auf zwei Jahre (*Matth. Westmonaster. p.* 454), 1317 auf ein Jahr (*Raynald. ad h. a. no.* 49), 1333 auf vier Jahre (*Thomas Walsingham p.* 131) u. s. w. Darüber sagt der Minorit *Johannes de Rupescissa* 1349 in s. *Prophetia* (in *Edw. Brown appendix ad fascic. rerum expetendarum et fugiendarum, Lond.* 1690 *fol. p.* 495): **propter impositionem decimarum et visitationum, orationes quae deberent fieri per clerum — con-**

So wurden also alle Arten von Kirchenbedrückungen, welche, als sie in früheren Zeiten von weltlichen Fürsten ver=

---

vertuntur in maledictiones et lamentationes, et maxime contra illos, qui talia imposuerunt, quia tanta est paupertas in clero, quod onera non possunt supportare. — Et quia praetextu guerrarum praedictarum sunt imposita, utinam reducerentur ad mentem verba, quae ego audivi a domino *Benedicto* (XII) sanctae memoriae super factis guerrarum, quod nunquam fuit intentionis faciendi guerras, etiam pro patrimonio Ecclesiae, nisi cum armis spiritualibus: et dicebat etiam quod guerrae, quae fuerunt factae per Ecclesiam, vel fierent in futurum, sortientur tristem effectum; et quod plus confidebat orationibus et lacrymis, quam impositionibus decimarum et visitationum, et ideo nunquam voluit talia concedere, sed cunctos ab omni gravamine conservabat: tamen dicta et facta sua et plurium aliorum Deum timentium reputantur phantastica, et conversa sunt in cantica et musicum carmen. Indessen erfuhren die Päpste bald, wenn sie den Kirchenzehnten forderten, ernstlichen Widerstand. Im J. 1359 wurde ein Legat Innocentius VI., der denselben von der deutschen Kirche verlangte, auf einem Reichstage nachdrücklich zurückgewiesen (*Trithemii chron. Hirsaug. II*, 235): 1366 protestirte der Erzb. v. Gnesen mit seinen Suffraganen gegen einen von Urban V. ihnen zugemutheten dreijährigen Zehnten (Stenzel's Urkunden des Bisth. Breslau, Einleit. S. XCVI.): 1372 vereinigten sich die Mainzer Capitel und Klöster gegen einen von Gregor XI. ausgeschriebenen Zehnten s. die *Unio* in *Gudeni codex diplomaticus III*, 507: sie zählen zuerst die Unglücksfälle u. Drangsale auf, die ihnen diese Abgabe unmöglich machen, unter diesen auch usualis monetae debilitas, quae ut plurimum ex transportatione florenorum harum partium ad Romanam Curiam et aliunde facta communiter accidisse refertur. Es sei schon so weit gekommen, quod non est reperire personam ecclesiasticam civitatis et diocesis Maguntinae, quae de reditibus ecclesiasticis, deductis omnibus debitis, juxta sui beneficii et status exigentiam valeat sustentari. — Propter exactiones papales perplurimas in his terris Clerici ad magnam paupertatem redacti, servis, immo Judaeis comparati, detestabiliter despiciuntur, et a Laicis — quasi licite capiuntur, ipsorumque bona diripiun-

ſucht waren, die Päpſte bis aufs äußerſte bekämpft hatten, jetzt in einem noch weit höheren Grade von den Päpſten ſelbſt aus=

---

tur et ignibus devastantur, ipsaque sancta sedes et nomen apostolicum — adeo vilipensa diffamantur, quod proinde fides catholica magna vacillat in parte, Laicis videntibus Clericos — per sedem apostolicam et ejus diversarum impositionum modos, videlicet *servitiorum communium*, *decimarum papalium et imperialium*, *procurationum*, *primarum Annatum*, *subventionum Nunciorum apostolicorum*, *ecclesiasticarum reservationum*, *ac specialiter decedentium Praelatorum continuis extorsionibus* affligi. Et exinde diversa et gravissima animarum pericula et schismata — jam insurgunt, — laicis ipsis clamantibus, et despective contra Romanam Ecclesiam invehentibus, quod sedes ipsa — ad partes exteras nunquam his temporibus mittit praedicatores vel vitiorum correctores, sed quotidie mittit bene pompizantes, — pecuniarum peritissimos exactores. Et propter haec et alia, — paucissimi jam in terris istis inveniuntur, nisi solo nomine Christiani. Sie wollen ſich daher vereinigen, ne quoque nobis, miserabiliter sicut praemittitur afflictis, intolerabilis afflictio superaddatur, nosque per artationem et compulsionem solutionis hujusmodi Decimarum et aliarum Collectarum, quocunque nomine censeantur, imposterum ut verisimiliter praesumitur imponendarum, paulatim et successive ad extremae exinanitionis dispendium deducamur, wollen alle Gefahren und Koſten gemeinſchaftlich tragen, sic etiam, quod talis, quicunque hujusmodi rei occasione qualitercunque gravatus seu damnificatus, a nobis et a Clero non vitetur, nec in suis Ecclesia aut Monasterio — ab aliquibus actibus excludatur, sed quod suis praebendis ac beneficiis — pacifice gaudeat et fruatur, ac si gravatus nullo modo fuisset. — Item nullus dictam Decimam in parte vel in toto solvat, seu se soluturum promittat, aut super ea componat — absque Nostrum scitu — et assensu. — Et si aliqui forsan tenui conscientia tenti, trepidantes ubi trepidandum non est, etiam hujusmodi Decimam solverint, vel super ea se composuerint; — praeter perjurii poenam quam ipso facto incurrunt, a perceptione omnium fructuum — beneficiorum suorum — suspensi maneant, et sint infames, nec ad aliquam dignitatem, beneficium seu officium

geübt. Am empörendsten war es aber, daß sclavische Schmeichler mit Hülfe elender Casuistik diese offenbaren Mißbräuche [28]),

---

aliquod — per electionem seu alterius dispositionis modum ullatenus admittantur. Im J. 1375 verweigerten auch die drei Erzbischöfe von Mainz, Trier und Cöln dem Papste den Zehnten, Detmar's Chronik *I*, 301.

28) z. B. *Augustinus Triumphus qu.* 68 *art.* 1: Utrum Papa possit dispensare in pluralitate beneficiorum? — In collatione beneficiorum aliquid est de jure divino et naturali, et aliquid est de jure positivo. De jure namque naturali et divino est, ut beneficium detur propter administrationem officii. — De jure vero positivo est paucitas vel pluralitas beneficiorum: non enim possunt talia cadere sub una regula, quia considerata quandoque Ecclesiae necessitate vel personae dignitate plura beneficia conferenda sunt uni quam alteri. Cum igitur Papa non solum possit illa, quae sunt juris positivi, verum etiam supra ipsum jus potest dispensare (*Decr. Greg. III*, 8, 4. Abth. 2 §. 61 *not.* 10): ideo dicendum est, quod sicut de jure positivo communi, cujus Papa est conditor, facta est talis restrictio, ut nulli liceat plura beneficia habere, sed quicunque recipit aliquid beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, est eo ipso jure privatus: sic Papa, qui est supra jus, potest talem restrictionem relaxare etc. — *Q.* 72 *art.* 2: Utrum Papa peccet providendo compatriotae et domestico magis, quam extraneo? *Videtur*, — quia bona communia sunt communiter dispensanda. — Porro in provisione spiritualis beneficii causa spiritualis debet considerari, sed patria vel familiaritas est causa carnalis, non spiritualis. Porro scandalum multorum Papa debet maxime vitare: sed multi scandalizantur, cum compatriotis et familiaribus Papae vel Praelati providetur magis quam aliis. — *In contrarium* est Apostolus 1 Tim. 5: Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. — *R. dicendum*, quod in provisione ecclesiastici beneficii vel potest attendi beneficium quod confertur, vel intentio conferentis, vel locus, in quo confertur. Si vero considere-tur beneficium, quod confertur, cum sit spirituale, non debet

und ſelbſt die päpſtliche Simonie [29]) zu beſchönigen ſuchten.

dari nisi pro officio. Quanto ergo quis est sufficientior et dignior in officii administratione, tanto citius meretur beneficii provisionem. — Si vero consideretur intentio providentis, aut providet compatriotae et domestico ex aliqua causa debita magis quam extraneo, utputa propter ejus majorem paupertatem, vel propter receptum honestum obsequium, puto quod non peccat. Si vero faciat hoc ex causa illicita et indebita, ut praecise propter patriae affectionem, vel consanguinitatem, vel propter cumulandas ejus divitias, peccato non caret provisio.

29) So ſchon *Card. Ostiensis*, Abth. 2. §. 61 *not.* 9. *Alvarus Pelagius de planctu eccl. lib. II c.* 14: Quaerendum est, an Papa possit committere simoniam. Et tenet Thomas, quod sic. — Quamvis enim res Ecclesiae sint ejus, ut principalis dispensatoris, non tamen sunt ejus ut domini et possessoris. — Dagegen: Papa legibus loquentibus de simonia et canonibus solutus est. — Credo, quod si Papa in iis, quae sunt prohibita quia simoniaca, ut vendere sacramenta, quorum venditio in veteri testamento etiam prohibetur, — pactum vel conditionem vel conventionem apponeret, committeret simoniam. Secus in iis, quae sunt simoniaca, quia ab Ecclesia prohibita, ut vendere beneficia, sepulturas et similia, — quod tunc, etsi peccet malum exemplum dando, — si tamen ex certa scientia hoc faciat, nolens subjici juri positivo, quo solutus est, non committeret simoniam, licet ut dixi illa pactio et conventio etiam in iis de se grave peccatum sit. Sic sentio. — *Augustinus Triumphus qu.* 5 *art.* 3: Certum est, summum Pontificem canonicam simoniam a jure positivo prohibitam non posse committere, quia ipse est supra jus, et eum jura positiva non ligant. — Potest tamen forte simoniam committere prohibitam a lege naturae, ut quod pro re temporali intenderet spirituale tribuere. — Certum est similiter, quod summus Pontifex pro bono publico ab Episcopis et aliis Praelatis Ecclesiarum accipere potest summam pecuniae, prout secundum Deum et rationem videtur sibi expedire, quod alii inferiores Praelati facere sine peccato non possunt.

Dagegen bildete sich in England gegen die Bedrückungen des mit dem feindlichen Frankreich verbündeten Papstthums ein entschiedener Widerstand aus, welchen ernstlich zu bekämpfen der Papst nicht wagen durfte, weil er im Volke selbst wurzelte [30]).

---

30) Dieser Widerstand richtete sich insbesondere gegen die päpstlichen Eingriffe in die königliche Gerichtsbarkeit und gegen die päpstlichen Provisionen. Eduard III. erklärte d. 12. Mai 1343 dem Papste, daß **causae super jure patronatus quorumque beneficiorum ecclesiasticorum regni nostri Angliae, — ac placita transgressionum et incarcerationum ibidem in Curia nostra, et non alibi, tractari debeant et finiri**, und forderte ihn auf, eine solche in Avignon angenommene Klagsache zurückzuweisen. Eben so schrieb er ihm am 3. Jan. 1344, daß **omnis et omnimoda cognitio causarum civilium et criminalium inter quascunque personas regni nostri Angliae ad forum et examen nostra notorie pertineat et pertinuerit ab antiquo**, u. verlangt daher, daß die Klage einiger Kleriker u. Laien, welche den Landfrieden gebrochen hätten, nicht angenommen würde (beide Schreiben in *Rymer foedera*). Ferner beklagte sich das Parlament, welches nach Ostern 1343 sich versammelte, (*Rotuli Parliamentorum tempore Edwardi R. III. p.* 144) über die **damages, grevance et oppression du poeple et de seinte Eglise d'Engleterre, qui sont faitz en Roialme d'Engleterre par provisions et reservations de la Court de Rome, aussi bien des beneficz come des primers fruitz, et par impositions des dismes et autres charges**, und beantragte, daß alle, welche darauf bezügliche Bullen nach England brächten, annähmen oder vollstreckten, gefangen gesetzt würden (**soient pris et aresteez par lour corps, pur prendre et resceivre ce que la court agardera**). Der König machte den Papst mit diesen Beschwerden gegen **provisorum exercitum, qui regnum nostrum Angliae in excessiva multitudine jam invasit**, bekannt (*dd.* 30. *Aug.* 1343 b. *Rymer*), und bat um Abhülfe. Zugleich erinnerte er die Geistlichen an die gesetzliche Bestimmung (*Breve regium ad Episc. Wigorn.* v. 12. Dec. 1343 in *Wilkins Conc. Magnae Brit. II*, 726), **quod nullus — sub gravi forisfactura nostra infra regnum nostrum Angliae literas, bullas, processus, instrumenta, seu aliqua alia nobis et populo nostro praejudicialia deferat, —**

et quod nullus sub forisfactura nostra praedicta ea recipere praesumat sine mandato nostro speciali. — *Thomae Walsingham* (um 1440) *histor. Angliae*, in *Anglica*, *Hibernica a veteribus scripta ex bibl. Guil. Camdeni. Francof.* 1602 *fol. p.* 161: Eodem anno (1343) Papa Clemens iterum fecit in Anglia provisiones duobus Cardinalibus de beneficiis proximo vacantibus praeter episcopatus et abbatias ad extentam duarum millium marcarum. Quod Rex et tota regni nobilitas pati noluit, sed procuratores dictorum Cardinalium sub poena carceris Angliam exire coëgit. Der Papſt beklagte ſich darüber bei dem Könige ſehr bitter: und ſuchte jene Proviſionen zu rechtfertigen d. 28. Aug. (*p.* 162): convenire, quod Cardinales ipsi, qui super expediendis negotiis ad alveum apostolicae sedis undique confluentibus nobiscum labores et onera partiuntur, et haberent congrue unde suis valeret necessitatibus secundum status sui decentiam provideri. Darauf erwiderte aber Eduard d. 26. Sept. mit einer Epistola plena fructu, cui pro tunc Papa aut Cardinales respondere rationabiliter nesciebant (*Walsingham p.* 161. d. *Rymer* v. 10. Sept.): Er erinnert zuerſt an die Verdienſte ſeiner Vorfahren um die Kirche, u. klagt dann, daß dieſelbe verfalle, dum per impositiones et provisiones sedis apostolicae, quae solito gravius invalescunt, ipsius peculium — manus occupant indignorum, et praesertim exterorum, et ejus dignitates et beneficia conferuntur pinguia personis alienigenis, plerumque nobis suspectis, qui non resident in dictis beneficiis, et vultus commissorum eis pecorum non agnoscunt, linguam non intelligunt, sed animarum cura neglecta, velut mercenarii, solummodo temporalia lucra quaerunt, et sic diminuitur Christi cultus, animarum cura negligitur, — clerici dicti regni, viri magnae literaturae, et conversationis honestae, qui curam et regimen possent sibi salubriter peragere, — studium deserunt propter promotionis congruae spem ablatam. — Jus patronatus, quod nos et fideles nostri in talibus obtinemus beneficiis, enervatur, — regni thesaurus ad extraneos, ne dicamus nostros malevolos asportatur: — quae singula — fuerunt nuper coram nobis in parliamento nostro — palam exposita, unanimi — petitione subjuncta, ut praedictis dispendiis —

celeriter occurramus. Nos autem — ad vos successorem Apostolorum principis, qui ad pascendum, non ad tondendum oves dominicas — mandatum a Christo suscepit, ista deferimus votivis affectibus supplicantes, quatenus — velitis ut pater filiis thesaurizans alleviare dictarum impositionum et provisionum ac onerum, jam per sedem apostolicam invalescentium gravitatem, permittentes ulterius, ut patroni patronatus sui solatium non amittant, Ecclesiaeque cathedrales et aliae dicti regni liberas electiones et earum effectum habeant, quas quidem Ecclesias dicti progenitores nostri dudum in singulis vacationibus earundem personis idoneis jure suo regio libere conferebant, et postmodum ad rogatum — dictae sedis sub certis modis et conditionibus concesserunt, quod electiones fierent in dictis Ecclesiis per capitula earundem. — Sed — dicta sedes per reservationes et provisiones suas dictis capitulis electiones adimit supradictas, et nobis jus et praerogativam, quae — nobis competunt in hac parte, propter quod juxta legem regni nostri, ex quo lex in concessione posita non servatur, concessio resolvitur, et res statum revertitur in primaevum. Gegen jene Parlamentsbeſchlüſſe iſt gerichtet *Clementis epist. ad Eduardum* b. *Raynald. ann.* 1344 *no.* 55 *ss.* Ad nostram — audientiam — pertulit rumor, — quod in regno tuo edicta et brevia in derogationem et enervationem praedictae libertatis ecclesiasticae, primatus ejusdem Romanae Ecclesiae ac auctoritatis et potestatis ipsius sedis apostolicae, ad diversas partes missa fuerunt: ut de captione et incarceratione multarum personarum ecclesiasticarum sacrilega, et impedimentis literarum et gratiarum apostolicarum ibidem appositis taceatur ad praesens. Immo ad tantae ferocitatis in regno eodem audaciam dicitur fuisse deventum, quod vix aliquis audet ibidem literas apostolicas praesentare. Der Papſt gab jene Reſervation zu Gunſten zweier Cardinäle nicht auf, und ſo wurde dieſelbe in dem Parlamente von 1346 (*Rotuli p.* 162) wieder ſehr bitter beſprochen. Die Gemeinen beantragten u. A. qe les provisours aliens voident la terre, et apres la feste de Seint Michel soient tenuz hors de la ley. Eben ſo auch jeder Procuratour u. Executour. Als daher die erledigte Abtſtelle s. Augustini in Canterbury ohne Rückſicht auf

---

die geschehene Wahl 1346 von dem Papste providirt wurde, so befahl der König den Mönchen bei der schwersten Strafe, ne ipsum Praefectum, quantum in vobis est, administrationem seu dispositionem aliquam de terris, — bonis seu catallis praedictis absque licentia nostra — speciali aliqualiter habere permittatis, s. *Guil. Thorn* (Mönch dess. Klosters um 1380) *chron. de gestis Abb. s. August. Cantuar. c.* 38. Endlich wurden diese Gegenstände durch zwei königliche Gesetze erledigt, 1) durch d. *Statute of Provisors of Benefices* v. J. 1350 (*Statutes at large by Owen Ruffhead, London* 1769. 4. *I*, 268): Wenn der Papst eine geistliche Stelle vergäbe, so solle der König für dasmal die Stelle besetzen. Würden aber die Ernannten von den vom Papste Providirten in ihrem Besitze gestört, adonqes soient les ditz provisours, et lour procuratours, executours et notaires attaches par lour corps et menes en response, et sils soient convictz, demoergent en prisone, — tanqils averont fait fin et redemption au Roi a sa volonte, et gree a la partie qe se sentera greve. Et nient meins avant qils soient delivres, facent pleine renunciation, et troevent sufficeante seurete, qils nattempteront tiele chose en temps avenir, ne nul proces sueront par eux ne par autre devers nuly en la dite court de Rome, ne nule part aillours pur nules tieles emprisonementz ou renunciations ne nule autre chose dependant de eux. 2) durch d. *Statute of Praemunire* v. J. 1353 (*l. c. p.* 272): Die, welche Sachen, die vor des Königs Gerichtshof gehören, vor auswärtige Gerichte bringen, oder von jenem an diese appelliren, sollen vorgefordert werden sich deshalb zu verantworten. Et sils ne viegnent mie au dit jour en propre persone de esteer a la lei, soient ils, lour procuratours, attournez, executours, notairs et meintenours de cel jour enavant mis hors de la protection le Roi, et lour terres, biens et chateux forfaitz au Roi, et soient lour corps, ou qils soient trovez, pris et emprisonez et reintz a la volunte le Roi, et sur ce soit brief fait de les prendre par lour corps, et de seisir lour terres, biens et possessions en la main le Roi, et si retourne, soit qils ne sont mie trovez, soient mis en exigend et utlaghez (*outlawed*, außer dem Gesetze, vogelfrei). Besonders empfindlich für die Curie war es,

daß Eduard, der zu seinem Kriege mit Frankreich Geld brauchte, außer manchen andern Kirchensteuern insbesondere die Einkünfte, welche die Cardinäle und die andern abwesenden Pfründner aus seinem Reiche bezogen, in Beschlag nahm, (vgl. Eduards Schreiben a. d. Papst v. 12. Febr. 1346 b. *Rymer*), wie es auch sein Gegner Philipp that (*Rayn.* 1346 *no.* 39. 1347 *no.* 24), welcher aber auf Bitten seiner Gemahlin Johanna die beneficia Cardinalium bald wieder freigab (s. d. Papstes Dankschreiben an dieselbe v. 1347 in *d'Achery spicil. III*, 723). Eduard wurde schon mit dem Banne bedroht (*Rayn.* 1352 *no.* 17), als der Tod Clemens hinwegraffte. Im J. 1373 beklagte sich das Parlament wieder über die Reservationen u. Provisionen des Papstes, u. die primos fructus, welche derselbe zöge: das Geld komme den Feinden zu Nutze, und die fremden Kleriker in England descoverent par lour lettres les secreez de mesme le Roialme, et les envoiont par dela a les enemys (*Rotuli Parliam. tempore Edwardi III. p.* 320). Darauf wurde über diese Beschwerden zwischen englischen Gesandten, zu denen auch Wikliffe gehörte, und päpstlichen in Brügge v. 1374 an zwei Jahre verhandelt. Durch 6 Bullen vom 1. Sept. 1375 (b. *Rymer*) suchte der Papst die Engländer zufrieden zu stellen, indem er die bis dahin gemachten Reservationen zurücknahm, die Streitigkeiten um Stellen zwischen den vom Papste Providirten und den ordnungsmäßig Eingesetzten zu Gunsten der letztern entschied, und die bisherigen Forderungen von fructibus male perceptis u. primis fructibus erließ. Wenn aber *Walsingham p.* 188 angiebt: concordatum est inter eos, quod Papa de caetero reservationibus beneficiorum minime uteretur, et quod Rex beneficia per literas „*Quare impedit*“ non conferret; so ist dieß wenigstens in den Bullen nicht ausgesprochen. Wie wenig den Klagen abgeholfen war, geht aus den weitläuftigen Beschwerden u. Anträgen d. Parlaments v. 1376 hervor (*Rotuli p.* 337) über die Menge der eingedrungenen Fremden u. die mancherlei Gelderpressungen der Curie en la peccherouse Cite d'Avenon. Jetzt befahl der König den Geistlichen (s. das Breve regium v. 21. Aug. 1376 an d. Erzb. v. Canterbury in *Wilkins Conc. Magnae Brit. III*, 107), quod literas, bullas et scripta quaecunque nobis ac regno et subditis nostris praejudicialia, si quae vobis deferri contigerit, statim cum ea receperitis, nobis et consilio

Die gewichtige Stimme, mit welcher die heil. Birgitta († in Rom 1373) das Papſtthum zur Beſſerung aufforderte[31]),

---

nostro mittatis, — ut nos, visis et examinatis — hujusmodi literis et scriptis, ulterius inde fieri faciamus, quod justum fuerit. — Auch Alfonſus Kg. von Caſtilien machte Miene, ſich den päpſtl. Proviſionen zu widerſetzen, wurde aber leichter beſchwichtigt, *Raynald. ann.* 1344 *no.* 54. 1348 *no.* 14.

31) So Urbanus *V*, als er nach Rom zurückgekehrt war, *Revelationum s. Birgittae* (*Colon. Agripp.* 1628 *fol.*) *lib. IV*, *c.* 49: Papa — inclinatus est ad mundialia. — Propterea Papa incipiat veram humilitatem in seipso, primo in apparatu suo, in vestibus, in auro, et argento, et vasis argenteis, in equis, et aliis utensilibus, segregando de eis omnibus sola necessaria sua, alia vero erogando pauperibus, et specialiter his, quos noverit amicos Dei. Deinde moderate disponat familiam suam. — Cardinales — effusi sunt — ad omnem superbiam, cupiditatem et carnis delectamentum. Ideo recipiat Papa in manu malleum et forcipem, et flectat cardines ad velle suum, non permittendo eos habere plura de vestibus, et familia, et de utensilibus, nisi quantum requirit necessitas, et vitae usus. Flectatque eos forcipe, i. e. verbis lenibus, et consilio divino, paternaque caritate: qui si noluerint obedire, recipiat malleum, scilicet ostendendo eis severitatem suam. — Episcopi et clerici saeculares, quorum cupiditas nullum habet fundum, de quorum superbia et vita luxuriosa procedit fumus, ob quem abominantur eos omnes Angeli in caelis, et amici Dei in terris. Ista enim Papa in multis emendare potest, si unumquemque permittit habere necessaria, non superflua, praecipiatque unicuique Episcopo attendere ad cleri sui vitam, et omnis, qui noluerit emendare vitam suam, et stare in continentia, privetur omnino praebenda sua. Den Papſt Gregor *XI*, als er noch in Avignon war, redete ſie ſo an (*l. c. cap.* 142): Cur tantum odis me? quare tanta est audacia tua, et praesumtio tua contra me? Nam curia tua mundana depraedatur caelestem curiam meam. Tu vero superbe spolias me ovibus meis, bona quoque ecclesiastica, quae mea propria sunt, et bona subditorum Ecclesiae meae indebite extorques et surripis, et das illa amicis

verhallte um so mehr fruchtlos, da unmittelbar darauf ein Wendepunkt eintrat, auf welchen noch größeres Verderbniß folgte.

III. Geschichte des päpstlichen Schisma.

13) ſ. *Actio Petri de Cugneriis, consiliarii regii, et Petri Bertrandi, Episc. Aeduensis* (ſeit 1331 Cardinal) *de jurisdictione ecclesiastica et politica coram Philippo Rege Franciae habita anno* 1329 (in *Goldasti monarchia II*, 1361. u. *Bibl. PP. Lugd. XXVI*, 109), von Petrus Bertrandus herausgegeben. Zuerſt die königliche Vorladung, veranlaßt durch Klagen von beiden Seiten. Dann wird erzählt, daß in der Verſammlung *Petrus de Cugneriis* — locutus est pro Rege, facto themate suo: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo.* Et prosecutus est juxta illud thema materiam suam includendo ad duo. Primo quod Regi debebatur reverentia et subjectio, secundo quod debebat esse spiritualium et temporalium divisio, ut spiritualia ad Praelatos, et temporalia ad Regem et Barones pertinerent. Er ſagte u. a. auch, wie aus der folgenden Rede des *Petrus Bertrandus* (b. *Goldast p.* 1373) erhellet, quod talia jura regia Rex non poterat a se abdicare, cum essent juris sui regalis, et jurasset in coronatione sua jura regni non alienare, et alienata revocare, et quod talia erant impraescriptibilia. — Dann erklärte er, quod intentio Regis erat reintegrare temporale, und übergab die *not.* 12 angeführten Gravamina. An einem folgenden Tage ſuchte der Erzb. v. Sens in einer vollſtändig mitgetheilten Rede die Prälaten zu vertheidigen. U. a. Ille ad judicandum videtur aptior et convenientior, qui est Deo proximior: — sed personae ecclesiasticae sunt Deo proximiores, ergo etc. — Praeterea nullus dubitat, quin cognitio de peccato ad personas ecclesiasticas pertineat: cum ergo talia non perpetrentur sine peccato alterius partis, patet quod Ecclesia cognoscere potest. Item cujus est judicare de fine, ejus est

judicare de ordinatis ad finem: — cum igitur corpus ordinatur ad animam, et temporalia ad spiritualia tanquam ad finem; Ecclesia, quae habet judicare de spiritualibus, potest etiam merito de temporalibus judicare. — Et confirmatur, quia accessorium sequitur naturam principalis, et hoc satis apparet exemplo: cum igitur istae duae jurisdictiones comparentur duobus luminaribus, soli scil. et lunae, et tota claritas lunae sit a sole, et in sole formaliter et virtualiter, et non claritas solis a luna nec in luna; patet quod jurisdictio spiritualis, quae comparatur soli, habet in se formaliter vel virtualiter jurisdictionem temporalem, quae comparatur claritati lunae. Dann Beweiſe ex jure civili, näml. aus dem vermeintl. Geſetze des Theodoſius, welches Karl d. G. beſtätigt habe (ſ. Abth. 1 §. 9 *not.* 12), u. ex jure canonico. Sed forte ad hoc dicetur: *quare hoc sibi vindicat Ecclesia Gallicana, cum aliae Ecclesiae sibi in aliis regionibus hoc minime vindicare noscantur?* Ad quod potest faciliter responderi. Si enim Reges Franciae, quos Deus singularibus privilegiis, gratiis et honoribus prae caeteris Regibus insignivit, — Ecclesiae plures libertates concesserunt, vel concessis uti libere permiserunt, non est mirum: imo tanta fuit ad Ecclesiam eorum devotio, quod Ecclesiae quanto eis propinquiores, tanto pluribus libertatibus gaudent. Nec ex hoc minus habuerunt, sed plus, sicut rei evidentia manifestat, imo hoc redundat in magnam nobilitatem regni et Regis. An dem folgenden Freitage redete Petrus Bertrandus, und antwortete dann einzeln auf die vorgelegten Gravamina, die er in drei Theile theilte, quia quidam articuli tangebant jura Ecclesiae perpetua; — secunda pars articulorum continebat abusus et errores, si veri essent, et illos nullo modo volebant defendere, imo providere ne talia fierent, et corrigere si quae talia facta erant. Tertia pars continebat aliqua, quae poterant esse justa, et aliqua injusta: quantum ad justa respondit ut de contentis in prima parte, quantum ad injusta, ut de contentis in secunda. Der Geiſt dieſer Antworten erhellet ſchon aus folgendem: Ad XXXIV, qui loquitur de clericis maleficientibus, quos Officiales Praelatorum de facili expediunt pro poenis pecuniariis, dicit, quod hoc esset irrationabile, ubi maleficium esset noto-

hatte wegen politischer Bedenken des Königs [14]) nicht den beabsichtigten Erfolg [15]): die Geistlichkeit suchte gleich darauf ihre

---

rium vel manifestum, et tale vel tantum, propter quod perpetua poena ei deberet imponi, si pro poena pecuniaria tale crimen transiret. Sed nullum est inconveniens, si pro causa justa dicti Officiales poenam corporalem in pecuniariam convertant: quia hoc etiam volunt jura tam canonica quam civilia.

14) Mit Philipp war das Haus Valois 1328 auf den Thron gekommen, ungeachtet Eduard III. K. v. England dem verstorbenen Könige Karl d. Schönen näher verwandt war, und zahlreiche Anhänger in Frankreich hatte. Die Bischöfe gaben nun zu verstehen, daß, wenn Philipp in dieser Verfolgung der Kirche beharrte, sie sich seinem Gegner zuwenden würden. Vgl. Brunet's Schreiben über diese Streitunterredung in d. *Traités des droits et libertés de l'égl. gall. T. I.*

15) Nach Beendigung der Untersuchung, baten die Prälaten den König (*l. c. p.* 1381), ut pro Dei honore in statu, in quo sui boni praedecessores tenuerunt Ecclesiam, ipse eam teneat et defendat, nec ei faciat aliquam novitatem: et placeat ei proclamationes et inhibitiones factas, scil. quod nullus laicus trahat alium laicum coram judice ecclesiastico, revocare: quia hoc esset omnia Ecclesiarum jura tollere. Et licet in aliquibus locis pro toleranda eorum malitia in talibus proclamationibus seu inhibitionibus verba, quae sequuntur, apponant, videlicet quod laicus non trahat alium laicum coram Ecclesia *super casibus pertinentibus ad judices saeculares;* — hoc est propter jura Ecclesiae usurpanda, quia multa pertinent ad forum laicorum, quae nihilominus pertinent ad ecclesiasticum. Et sic jus et consuetudo tollerentur, per quae in electione laici est, quod possit alios laicos in foro Ecclesiae convenire. Item quia tales proclamationes seu inhibitiones factae, licet etiam essent bene generales, dant occasionem omnimode jurisdictionem ecclesiasticam perturbandi, unde *reges Franciae semper prohibuerunt tales proclamationes seu inhibitiones fieri, et factas penitus faciebant revocari et ad nihilum reduci.* In Gegenwart des Königs u. im Namen desselben erklärte ihnen *Petrus de Cugneriis*, quia intentio domini Regis erat servare jura Ecclesiae et Prae-

Gerichtsbarkeit durch Concilienbeſchlüſſe noch feſter zu ſtellen [16]). Dagegen entwickelte ſich in dem Parlamente, als es ſich jetzt

---

latorum, ſuchte aber dabei wieder zu erweiſen, quod causarum civilium non poterat ad Ecclesiam cognitio pertinere: indeß in einer zweiten Audienz erkannte der König dieſe letzten Aeußerungen nicht an, quod non erant factae de suo mandato, nec aliquid sciebat, nec eas ratas habebat, und begnügte ſich mit dem Verſprechen der Prälaten, die eingeriſſenen Mißbräuche abzuſtellen. Die letzte durch Petrus de Cugneriis gegebene Antwort war, quod placebat Regi, si Praelati emendarent ea, quae essent emendanda et corrigenda: et quod Dominus Rex exspectaret usque ad festum nativitatis Domini proximum venturum, infra quem terminum nihil innovaret. Et si infra dictum terminum Praelati non emendassent emendanda, — dominus Rex apponeret tale remedium, quod esset gratum Deo et populo. Der Zuſatz b. *Goldast p.* 1383, daß der König nach vergeblichem Warten endlich severam legem gegeben habe, qua — se ac suos in libertatem asserit, gehört Flacius (*Cat. test. verit. p.* 391) an, iſt aber hiſtoriſch falſch. Zu weiterer Befeſtigung der geiſtl. Anſprüche ſchrieb darauf *Petrus Bertrandus* den ſcholaſtiſchen *tract. de origine et usu jurisdictionum, s. de spirituali et temporali potestate* (in *Bibl. PP. Lugd. XXVI*, 127).

16) *Conc. Bituricense ann.* 1336 *c.* 12 (*Mansi XXV*, 1062) ſchildert zuerſt die Beeinträchtigungen der geiſtl. Gerichtsbarkeit. Nämlich nonnulli temporale dominium obtinentes, vel saecularis judiciariae potestatis gerentes officium — aliquotiens palam, — aliquotiens seorsum ad partem, proclamaverunt et inhibuerunt, — ne aliquis subjectorum suorum alter alterum ad forum ecclesiasticum — trahere praesumat, — ne ipsi subditi — super recipiendis contractibus ad — notarios curiae ecclesiasticae recurrerent; — literas excommunicatorias — quandoque lacerant, — literas, et quod detestabilius est, portitores ipsos interdum capiunt, verberant, et compellunt comedere literas et sigilla; — sacerdotes, — et personas ecclesiasticas, atque ipsorum uxores, parentes et amicos — ceperunt, arrestaverunt; — licet moneantur, nolunt restituere etc. Alle ſolche turbatores jurisdictionis ecclesiasticae ſollen in Excommunication und Interdict fallen: quos

in eine stehende Corporation verwandelte [17]), ein mächtiger Widerstand gegen dieselbe, der insbesondere seit Karl V hervortritt. Von jetzt an wurde die geistliche Gerichtsbarkeit nicht nur in ihre Schranken zurückgewiesen [18]), sondern das Parlament

---

omnes — nominatim et expresse — per curatos totius provinciae omnibus diebus dominicis in Missa excommunicatos denunciari sub poena excommunicationis praecipimus alta voce. *Cap.* 13: Diese Excommunicirten solle nur der Bischof persönlich aut per ejus Officialem vel Commissarium super hoc specialem absolviren können, u. zwar nur, wenn sie völlige Genugthuung geleistet. Vgl. *Conc. apud Castrum Gonterii ann.* 1336 *c.* 1 u. 2. *Conc. Noviomense ann.* 1344 *c.* 1 u. 2 (*Mansi XXVI*, 1) u. s. w. Besonders streng wurde es den Klerikern verboten, vor weltl. Gerichten Recht zu suchen. *Conc. Bituric. ann.* 1336 *c.* 11.

17) *Pasquier recherches de la France liv. II chap.* 3.

18) Ein kgl. Edict v. 8. März 1371 an den Baillif v. Sens (in d. *Preuves des libertez de l'Egl. Gallic. chap. VII no.* 27) verordnet nach Aufzählung der Anmaßungen der geistl. Gerichtsbarkeit: Quocirca nos jura et libertates jurisdictionis nostrae temporalis — servari volentes illaesa, Vobis, prout per dictam nostram Curiam, habita super his deliberatione diligenti, extitit ordinatum, tenore praesentium committimus et mandamus, quatenus praefatis Archiepiscopis et Episcopis, ac eorum — Officialibus etc. — ex parte nostra, ac sub magnis poenis a nobis applicandis, injungatis, — ne de casibus et actionibus realibus ac aliis superius declaratis — de caetero amplius cognoscere — praesumant, sed facta et agitata in contrarium — revocent penitus et annullent. Quod si facere noluerint, aut plus debito distulerint, ipsos ad hoc per captionem et detentionem eorum temporalitatis, ac omnibus aliis viis et modis licitis, quibus melius videbitur et poteritis, viriliter et debite compellatis: — et insuper ne usurpationes et surprisiae supradictae — illaesae remaneant, vos de et super usurpationibus et surprisiis antedictis, eorumque circumstantiis et dependentibus universis diligenter et secrete informetis, et quos de his per dictam informationem culpabiles reperietis, ipsos ad dies Seneschalliarum vel Baillivarum suarum nostri futuri proximi Parlamenti

behauptete auch eine gewisse Oberaufsicht über dieselbe [19]), und zog die Entscheidung über manche Gegenstände an sich, die damals allgemein für geistlich gehalten wurden [20]).

---

adiornetis (vorladen) etc. Ueber diese Bestimmungen wachte von jetzt an das Parlament. So verurtheilte es 1385 den Bischof v. Chalons wegen Uebertretung derselben zu einer Geldstrafe (*ibid. no.* 29).

19) Als der Bisch. v. Mans Jemanden, mit dem er vor den kgl. Gerichtshöfen einen Proceß hatte, pendente lite excommunicirt, u. demselben dann das kirchl. Begräbniß versagt hatte, wurde er 1396 per arrestum vom Parlamente gezwungen, denselben wieder aufgraben zu lassen, u. seine Excommunication zurückzunehmen, *Preuves des lib. chap. VI no.* 2. Ebenso der Erzb. v. Rheims *ibid. no.* 4. — Als geistl. Gerichte mit der Beschuldigung, quod ipsi feminas aliasque quam suas desponsatas carnaliter cognoverant, vielen beschwerlich fielen, ipsos ad solvendum emendas propter hoc compellendo; so that schon Philipp v. Valois 1336 durch den Befehl Einhalt, ipsum Episcopum ad desistendum de praemissis per ipsius temporalitatis captionem compellere: eben so Karl V. 1388 (*Preuves chap. XXXV no.* 10 u. 11).

20) Das Parlament behauptete das Recht de omnibus causis ecclesiasticis possessoriis zu erkennen (*Preuves chap. XXVI no.* 1), und selbst Martin V. gab dasselbe ausdrücklich zu (*ibid. no.* 2). — *Preuves chap. XXXV no.* 21: der Erzb. v. Bourges hatte auf einer Diöcesansynode 1369 die Verordnung gegeben: Quoniam ut intelleximus domini saeculares propter crimina a Clericis commissa bona capiunt Clericorum, ut sic indirecte de crimine Clericos puniant, et eosdem Clericos faciunt compellare, ut eis emendam exsolvant ratione seu occasione criminum commissorum, quod est directe contra ecclesiasticam libertatem, cum illi de crimine criminaliter seu civiliter distringi seu puniri nequeant per judicem saecularem: igitur praedicta fieri prohibemus, statuentes quod si quis dominus saecularis, vel alius procedendo de caetero, Clericos ratione criminum ab eis commissorum per captionem bonorum mobilium vel immobilium suorum vexaverint, seu ad emendam compellaverint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, et quaelibet civitas

§. 109.

Innere Verhältnisse der Diöcesanhierarchie.

Die früheren Eingriffe der Päpste in die bischöflichen Rechte wurden noch dadurch vermehrt, daß sie jetzt die Besetzung der geistlichen Stellen ganz an sich zogen [1]), und besonders während des Schisma die Exemtionen im höchsten Grade übertrieben [2]). So war also die kirchliche Bedeutung der Bi-

---

statim quod hoc siverit habeat cessare penitus a divinis, donec bona capta vel ad manum saecularem posita libere sint dimissa, et amotum impedimentum quodlibet ab eisdem: et nihilominus illos, qui contra praemissa fecerint, ut excommunicatos habeatis evitare. Dagegen schritt der Herzog von Berry als Lieutenant des Königs sogleich ein, und machte darüber bekannt, quod dictus rev. Pater postmodum sufficienter informatus et certioratus, dictas suas constitutiones et statuta dictae jurisdictioni temporali et dictae Bituricensis patriae usibus et consuetudinibus existere contrarias; — in nostri praesentia sponte revocaverit et totaliter adnullaverit, et insuper nobis promiserit dictam adnullationem et revocationem in sua proxima futura Bituricensi Synodo in personis dictorum Curatorum dictae suae dioecesis fieri, facere publicare etc. Darauf habe er ihm in der Ueberzeugung, dictum reverendum praedictas constitutiones — non dolo, fraude seu malitia aliqualiter edidisse, — omnem poenam, emendam et offensam erlassen. Der König genehmigte dieses Verfahren sogleich.

1) s. oben §. 103 *not.* 6 ff.

2) *De ruina Eccl. c.* 31 (geschr. 1401, aber nicht von *Nicol. de Clemangis* s. §. 103 *not.* 5) in *v. d. Hardt Conc. Const. I, III,* 31: Et hos ergo Canonicos aliquis vocabit, qui, sic ab omni canone, h. e. ab omni regula abalienati sunt, qui, ut licenter et impune omnia, quae ferret animus, flagitia admittere possint, ab omni se castigatione et disciplina suorum Praelatorum maxima ubique redemptione exemerunt? Fraudant itaque se mutuo, fraudant subditos. — Quas omnes fraudes et rapinas cum fecerint, non est, qui eos puniat. Ad Papam enim, quem

schöfe gering [3]): sie entschädigten sich dafür durch weltliche Ehre und irdischen Genuß [4]). Den von oben her auf sie fallenden

---

solum judicem plerique eorum se habere jactant, quis circumvento pauperi accessus est? — *Martini V bulla* v. J. 1418, durch welche die während des Schisma ertheilten Exemtionen aufgehoben werden (*ibid. IV*, 1535): a tempore obitus felicis recordationis Gregorii P. XI, praedecessoris nostri, nonnulli Romani Pontifices, et pro Romanis Pontificibus se gerentes — nonnullas *Ecclesias, monasteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca et personas* — de novo a dictorum Ordinariorum jurisdictionibns exemerunt, in grave ipsorum Ordinariorum praejudicium.

3) *Jo. Gerson de modis uniendi ac reform. Ecclesiam in Concil. univers.* geschr. 1410 (in *v. d. Hardt Conc. Const. I, V*, 90. *Gersonii opp. II*, 174): Quam quidem coactivam potestatem multi summi Pontifices per successiones temporum et contra Deum et justitiam sibi applicarunt, privando inferiores Episcopos potestatibus et auctoritatibus eis a Deo et Ecclesia concessis: qui in primitiva Ecclesia aequalis potestatis cum Papa erant, quando non fuerunt papales beneficiorum reservationes, non casuum episcopalium inhibitiones, non indulgentiarum venditiones, non Cardinalium commendae, et distinctiones beneficiorum, prioratuum et monasteriorum. Tandem per tempora — successive crescente Clericorum avaritia et Papae simonia, cupiditate et ambitione, potestas et auctoritas Episcoporum et Praelatorum inferiorum quasi videtur exhausta et totaliter diruta; ita ut jam in Ecclesia non videantur esse nisi *simulacra depicta*, et quasi frustra: jam enim Papa Romanus reservavit omnia beneficia ecclesiastica, jam advocavit omnes causas ad Curiam suam, jam voluit Poenitentiariam habere ibidem, jam legitimationes Clericorum, jam ordinationes sacras quorumcunque sine differentia vult fieri in ejus Curia: et illi, qui in terra propria non possint ordinari, in eadem Curia ordinantur de facili.

4) *De ruina Ecclesiae c.* 25: multi ex eis, qui pastorali apice potiuntur, perque annosa tempora potiti sunt, nunquam civitates suas intraverunt, suas Ecclesias viderunt, sua loca vel

Druck wußten sie meist nach unten hin abzuwälzen, und so seufzte der niedere Klerus unter unerträglichen Lasten [5]).

---

dioeceses visitaverunt, nunquam pecorum suorum vultus agnoverunt, vocem audierunt, vulnera senserunt, nisi ea forte vulnera, quae ipsi suis uberibus spoliis per alienos mercenarios eis intulerunt. Alienos dixi, quia et ipsimet mercenarii sunt, qui non gregis sui custodiam, salutem, profectum quaerunt, sed solum temporalis mercedis retributionem. — *Cap.* 26: At enim, dicet forsan aliquis, jure eis ignoscendum est, si raro suas dioeceses adeant, — quoniam pro consilio a Principibus accersiti magna regni negotia tractant. — *Cap.* 28: Sed quid eorum tanto tempore a suis sedibus absentiam accusamus? cum per suam, si illic adessent, praesentiam verisimilius obesse, quam prodesse possent. Quidnam enim ore illi prosunt, qui toto elabente anno suam bis aut ter intrant Ecclesiam, qui totos in aucupio et venatu, in ludis et palaestra dies agunt, qui in conviviis accuratissimis, in plausibus et choreis, cum puellis etiam, effeminati insomnes transigunt noctes, qui suo turpi exemplo gregem per devia quaeque abductum in praecipitium trahunt, qui imberbes adhuc adolescentuli, vix tum ferulam egressi, ad pastorale convolant magisterium, et tantundem de illo, quantum de nautico sciunt officio? Difficile itaque satis est statuere, qui eorum magis incommodent suo gregi: hi, qui deserto eo lupisque exposito cum scurris et parasitis in aula versantur, an hi potius, qui coram positi, eum per rapinam vexant, per incuriam negligunt, per errorem ductum praecipitant. vgl. *André hist. politique de la monarchie pontificale au XIV*^{e} *siècle p.* 246. Die deutschen Bischöfe wurden durch ihre besondern Verhältnisse häufig in Fehden, namentlich in Streitigkeiten mit ihren freiheitsliebenden Residenzstädten verwickelt, s. Schmidt's Gesch. d. Deutschen *IV*, 600.

5) *Nicolaus Oresmius* (od. *Orem*, ein Pariser Theolog, Decan in Rouen) in einer coram Papa Urbano et Cardinalibus 1363 gehaltenen Predigt (*ed. Flacius cat. test. verit. no. CCCVI. Brown appendix ad fasc. rerum expetend. et fugiendarum p.* 489): Non puto, posse in historiis reperiri, quod unquam fuerit aliqua gentium politia bene instituta, in qua esset tanta do-

§. 110.

Sittlicher Zustand des Klerus.

Der sittliche Zustand des Klerus konnte sich in dieser Zeit, vermöge der Art wie die geistlichen Stellen gewöhnlich vergeben wurden, nach dem Beispiele, welches der päpstliche Hof gab [1]), und bei der Weise, wie die geistliche Gerichtsbarkeit gehandhabt wurde [2]), nur noch verschlimmern. In den Capiteln, deren Stellen jetzt meistens Pfründen für Adlige geworden waren [3]),

---

ctrina, quam nunc sit in politia sacerdotum, *ut ii quidem essent majores quam Principes saeculi, caeteri dejectiores vulgo.* — In corpore — idem videamus: si nutrimentum fluat ad unum membrum, ita ut enormiter ingrossetur, et alia nimium macerentur, non potest diu vivere: sic in corpore reipublicae ecclesiasticae, si superiores augmentatione substantiae ita graves in statu sunt, quod vix possunt ab inferioribus sustineri, hoc est signum et causa propinquae ruinae etc.

1) S. oben §. 103 *not.* 5.

2) Vgl. Abth. 2 §. 63 *not.* 21. Jetzt kamen neue Mißbräuche hinzu: *De ruina Eccl. c.* 20 (*v. d. Hardt Conc. Const. I, III,* 24): Corradendis omni ex parte pecuniis nostris Praelati summopere invigilant. — Si quis apud eos Clericus pro furto, pro homicidio, pro raptu, aut sacrilegio, aut alio quovis enormi crimine in carcerem conjectus sit, tristisque panis et aquae edulio adjectus: tam diu poenae subjacebit, et tanquam reus sua commissa luet, donec pro modo sui census aut suorum quaesitam a se pecuniam persolverit. Ubi vero id egerit, liber et velut innocens abire sinetur. Omnis noxa, omnis error, omnia maleficia, etiamsi capitalia sint, per pecuniam laxantur ac delentur. Vgl. die *Gravamina* §. 108 *not.* 12 *no. XXXIV*, u. die Beantwortung *Petri Bertrandi ibid. not.* 13.

3) *De ruina Eccl. c.* 29: Quid de Capitulis et Canonicis longum trahere sermonem necesse est, cum uno statim verbo dicere liceat, similes Episcoporum pro suo modo Canonicos esse, indoctos, simoniacos, cupidos, ambitiosos, aemulos, obtrectatores, suae vitae negligentes, alienae curiosos scrutatores ac

wie bei den Curatgeistlichen herrschte tiefe Unwissenheit und eine

---

reprehensores, adhuc autem ebriosos, incontinentissimos, utpote qui passim et inverecunde prolem ex meretrice susceptam et scorta vice conjugum domi tenent; vaniloquos, praeterea garrulos, tempus in fabulis et nugis terentes, quia nihil utile noverunt aut serium, in quo occupentur. Et propterea in re sua, seu per fas seu nefas agenda, in cura ventris et gulae, in carnis voluptatibus hauriendis suae vitae felicitatem, ut porci Epicurei, constituunt. *Cap.* 30: Quam vero pacem inter se habeant, aut quam fraternitatem, declarant sectae et seditiones, omnibus modo in Ecclesiis per infernales furias excitatae, ut jam illa infernalis hydra schismatica — omnia fere collegia suo vipereo semine infecerit. Ueber die in die Capitel eingeschlichenen Mißbräuche s. *Conc. Const. reformatorii Decretales lib. III tit. III c.* 1 (*v. d. Hardt Conc. Const. I, XII,* 695): In Ecclesiis quibusdam, praesertim cathedralibus, et etiam quibusdam regularibus de Ordine s. Benedicti, pessime servatur et inolevit consuetudo, vel potius corruptela, sic quod in eis non admittuntur nisi de nobilium aut militarium genere procreati (s. Abth. 2 §. 64 *not.* 2. Dasselbe beschloß 1337 das Domcapitel in Basel mit Genehmigung seines Bischofs, die Urkunde in Ochs Gesch. v. Basel *II, I,* 49), qui velut ex militia geniti moribus laicalibus et militaribus imbuti literarum studia non frequentant neque curant, et sic ignari remanent et idiotae: ex quibus tunc communiter per electionem talem qualem ad Ecclesias cathedrales hujusmodi militiae dediti in Praelatos promoventur, interdum vix latinum fari scientes, et actus militares tam in vestibus, quam in bellorum conflictibus, et armorum insultibus, quia exercitati sunt in illis, magis praetendentes, quam quod actibus pontificalibus — se ingererent. *Cap.* 2: damnabilis usus in quibusdam — Ecclesiis inolevit, quod videlicet, quoad tractatus capitulares secretos et alios, admittuntur interdum Canonici parvi, ex maturitate annorum inhabiles. *Cap.* 3: In quibusdam Ecclesiis statutum reperitur, ut, licet numerus Canonicorum praebendatorum sit satis magnus, ipsorum tamen Capitularium ad satis parvum numerum sit restrictus, in finem, ut creditur, quod dicti pauci Capitulares ex capitulari-

Grausen erregende Unsittlichkeit [4]). Der fortdauernde Kampf der

---

bus proventibus uberius valeant impinguari. Welche Unwissenheit unter ihnen herrschte, zeigt das Beispiel des Capitels zu Zürich, das in einer Urkunde v. 1335, in welcher es dem Bischof von Costnitz die Wahl eines Leutpriesters anzeigte, durch den Notarius erklären lassen mußte, quia singuli de Capitulo scribere nescimus, s. Beiträge zur Gesch. d. deutschen Sprache u. Nationalliteratur, London (in d. Schweiz) 1778 Th. 1. S. 178.

4) vgl. Ruysbroek, Prior in Grünthal († 1381) in Engelhardt's Richard v. St. Victor u. Joh. Ruysbroek S. 326. Deutsche Predigten des 13 u. 14 Jahrh. herausg. v. Leyser, Einleit. S. *XXVIII*. *De ruina Eccl. c. 7:* Summi Pontifices, ut aurei rivuli — suam uberius curiam irrigarent, omnibus dioecesanis et patronis praesentandi facultatem conferendique libertatem — ademerunt. — Quantus vero, Deus optime, exspectantium numerus ex illo tempore, et qualium undique affluxit, atque ibi praesto fuit! Non tantum a studiis aut schola, sed ab aratro etiam et servilibus artibus ad parochias regendas caeteraque beneficia passim proficiscebantur, qui paulo plus latinae linguae quam arabicae intelligerent, imo qui et nihil legere, et quod referre pudor, alpha vix nossent a betha discernere. Ac morum in illis compositio hanc forte ignorantiam excusabat? Imo si parum docti, negligentius — morati: utpote qui absque literis in otio educati, nihil nisi impudicitias, ludos, comessationes, jurgia, vaniloquia consectentur. Inde omnibus in locis tot sacerdotes improbi et miseri atque ignari, qui ruinae et scandalo sua turpi conversatione subditis sunt. *Cap.* 24: De literis vero et doctrina quid loqui attinet? Cum omnes fere Presbyteros, sine aliquo captu aut rerum aut vocabulorum, morose syllabatimque vix legere videamus. Quem ergo fructum, quam exauditionem ex suis orationibus sive sibi, sive et aliis impetrabunt, quibus barbarum est, quod orant? Quomodo per suas preces Dominum alienis propitiabunt, quem sibi ipsi sua ignorantia et suae foeditate vitae per suum ministerium infensum faciunt? Si quis hodie desidiosus est, si quis a labore abhorrens, si quis in otio luxuriari volens, ad sacerdotium convolat. Quo simul ac perventum est, fornices et cauponulas seduli frequentant,

potando, comessando, pransitando, coenitando, tesseris et pila ludendo, tempora tota consumunt. Crapulati vero et inebriati pugnant, clamant, tumultuantur, nomen Dei et Sanctorum suorum pollutissimis labiis execrantur. Sicque tandem compositi ex meretricum suarum complexibus ad divinum altare veniunt. Wie ſehr es den Geiſtlichen an zweckmäßiger Bildung und dem Volke an Religionsunterricht fehlte ſ. *Nic. de Clemangis de studio theologico* in *d'Achery spicileg. I*, 473, wo unter anderem *p.* 478 auch geklagt wird: conterunt infiniti ovium rectores totam in studiis (Univerſitäten) aetatem. — Nec tam procul dubio discere cupiunt, quam sub titulo et umbra studii multiplicandis ecclesiasticis beneficiis atque promotionibus sine ulla unquam satietate inhiare. Ueber die ſchreckliche moraliſche Verſunkenheit des Klerus ſind die Schriften eines *Wiclef*, *Nicol. de Clemangis*, *Matthaeus de Cracovia*, *Jo. Huss*, *Jo. Gerson*, *Theod. a Niem*, und die auf dem Conſtanzer Concil von vielen Rednern gehaltenen Sermones zu vergleichen, die in *v. d. Hardt Conc. Const.*, in deſſelben *historia literaria Reformationis P. III*, u. in *Walchii monimentis medii aevi fasc. II. III. IV.* herausgegeben ſind. Z. B. *Bernhardi Baptisati* (Benedictiner aus Gascogne) *invectiva in corruptum Clerum* (*v. d. Hardt Conc. Const. I, XVIII*, 880): In Praelatis inclusa est malitia et iniquitas, negligentia, ignorantia et vanitas, superbia, avaritia et pompositas: et qui solebant esse ovium pastores, jam effecti sunt lupi, ovium comestores. — Et habeatis pro firmo, quod revelatum est hic cuidam in generali concilio, quod, nisi de caetero tollatur et extirpetur simonia ab Ecclesia Dei, rapacitas et tyrannia, in brevi erit tanta persecutio Clericorum, et tam terribilis, qualis non fuit ab initio. — Quare hoc? Quia jam supradicti viri ecclesiastici continuo palam et publice concipiunt lasciviam, pariunt ignominiam, nutriunt avaritiam, colligunt superbiam, divisiones et guerras ipsi generant, in cautelis et deceptionibus ambulant, — *in tantum quod jam totus fere Clerus diabolo est subjectus.* — *Jo. Gerson de simonia cap.* 4 (*ibid. I, IV*, 10): Sicut et alia vitia regnare videmus passim apud homines, et multo plus apud Clericos. — Recessit enim a Clero omnis lex, omnis veritas, omnis verecundia,

Synoden gegen die Priesterunzucht blieb völlig erfolglos [5]). Die Laien waren froh, nur ihre Weiber und Töchter vor den geistlichen Verführern sicher zu stellen, und begünstigten daher, ja forderten zuweilen, feste Verbindungen ihrer Priester mit Concubinen [6]). So bestand in vielen Ländern unter den Prie=

---

ita ut haec audeant, quae etiam latrones et similes horrent u. s. w.

5) Vgl. die Einführung der erzwungenen Ehelosigkeit bei den christl. Geistlichen u. ihre Folgen, von D. J. A. Theiner u. A. Theiner (Altenburg 1828 2 Bde. 8.) *II*, *II*, 591. Hierher gehört auch *Sermo Mag. Gerardi Magni* († 1384) *de focariis*, zuerst herausgegeben von *Th. A. Clarisse* in *Archief voor kerkelijke Geschiedenis, inzonderheid van Nederland, verzameld door Kist en Roijards I*, 364. *II*, 300. *VIII*, 1. ferner die Satyren des Juan Ruitz, Erzpriesters v. Hita in Spanien, in der Mitte des 14ten Jahrh., s. M'Crie's Reformation in Spanien, übers. v. Plieninger S. 63.

6) *Conc. Palentinum ann.* 1322 *c.* 7 (*Mansi* XXV, 703): Quia nonnulli laicorum Clericos compellunt, in sacris praecipue Ordinibus constitutos, ut aliquas mulieres concubinas recipiant, et cum eis in contubernio publice vivant contra decorem ordinis clericalis: — nos — excommunicationis sententiae ipso facto decernimus subjacere quemlibet, — necnon universitatem seu communitatem quamlibet sententiae interdicti, quae personam quamvis ecclesiasticam duxerit compellendam ad recipiendam in concubinam mulierem quamcunque. *Nicol. de Clemangis de praesulibus simoniacis*, in *Opp. ed. J. M. Lydius. Lugd. Bat.* 1613. 4. *p.* 165: Taceo de fornicationibus et adulteriis, a quibus qui alieni sunt, probro caeteris ac ludibrio esse solent, spadonesque aut sodomitae appellantur. Denique laici usque adeo persuasum habent, nullos caelibes esse, ut in plerisque parochiis non aliter velint Presbyterum tolerare, nisi concubinam habeat, quo vel sic suis sit consultum uxoribus, quae ne sic quidem usquequaque sunt extra periculum. So *Aeneae Sylvii* (um 1440) *Europa s. Cosmographiae lib. II c.* 35 (in *Freheri scriptt. Germ. T. II*) von den Friesen: Phrisones sacerdotes, ne aliena cubilia polluant, sine conjuge non facile

ſtern, welche für eine eheliche Verbindung zu heilig ſein ſollten, der Concubinat ganz öffentlich [7]). Die Geldſtrafen, mit welchen

---

admittunt. Vix enim continere hominem posse, et super naturam arbitrantur.

7) *Alvarus Pelagius de planctu Ecclesiae lib. II c. 27:* utinam nunquam continentiam promisissent, maxime Hispani et Regnicolae, in quibus provinciis in pauco majori numero sunt filii laicorum, quam Clericorum. — Saepe cum parochianis mulieribus, quas ad confessionem admittunt, scelestissime fornicantur. — Multi Presbyteri et alii constituti in sacris, maxime in Hispania, in Austria (*Asturia?*) et Gallicia et alibi, et publice, et aliquoties per publicum instrumentum promittunt et jurant quibusdam, maxime nobilibus mulieribus, nunquam eas dimittere; et dant eis arras de bonis Ecclesiae, et possessiones Ecclesiae: publice eas ducunt cum consanguineis et amicis et solenni convivio, ac si essent uxores legitimae. — *Theodor. a Niem nemoris unionis tract. VI c. 35:* In eisdem etiam partibus Hiberniae et Norwegiae juxta consuetudines patriae licet Episcopis et Presbyteris tenere publice concubinas, et eisdem visitantibus bis in anno subditos sibi Presbyteros, ac Ecclesiasticorum Parochialiumque Rectores, suam dilectam ducere secum ad domos et hospitia eorundem subditorum Presbyterorum. — Et si forte aliquis ipsorum visitatorum casu vel fortuna non habeat focariam, ut praevaricator paternarum traditionum, Episcopo visitanti proinde procurationes duplices ministrabit. Ac etiam presbyterorum amasiae seu uxores in eisdem partibus, statu et gradu, in Ecclesiis ac in mensis, eundo, sedendo et stando caeteris dominabus, etiam militaribus, praeponuntur. Et paene idem modus, scilicet quoad luxuriam, circa presbyteros Gasconiae, Hispaniae ac Portugaliae, necnon contiguarum regionum versus Africam in omnibus observatur. Unde quodammodo plures naturales ex foedo complexu nati, quam filii legitimi in omnibus illis partibus in ecclesiasticis titulis concedendis praeferuntur, et plures legitimis apertissime promoventur. Die Synoden beſchränkten ſich daher auch faſt nur auf Verordnungen gegen *concubinarii publici*, vgl. Theiner a. a. O. Die Clerici conjugati, die in dieſer Zeit häufig vorkommen (z. B.

von vielen Synoden diese Ausschweifungen belegt waren [8]), verwandelten sich bald in eine der Habsucht der Bischöfe willkommene Abgabe [9]). Dennoch wurde jeder Versuch der weltlichen

---

§. 108 *not.* 12. 16.), sind Clerici minorum ordinum, welche, wenn sie verheirathet waren, zwar kein Beneficium besitzen konnten (s. Abth. 2 §. 65 *not.* 3), aber doch, unter der Bedingung, daß sie geistl. Kleider und Tonsur trugen, die privilegia clericalia fortwährend genossen, s. *Thomassini vetus et nova Ecclesiae discipl. P. I lib. II c.* 66.

8) Abth. 2 §. 65 *not.* 6. *Conc. Posoniense* (in Presburg) *ann.* 1309 *c.* 5: die concubinarii publici sollen quartam partem redituum beneficiorum suorum als Strafgeld bezahlen: confidimus enim, quod spirituali poena, excommunicationis videlicet, quae quamvis sine comparatione periculosior, minus tamen peccatis exigentibus formidatur, in temporalem mutata vindictam, subditorum mutabuntur et mores. Insbesondere wurden von den italiänischen Concilien dergl. Geldstrafen festgesetzt. So von dem *Conc. Pergam. ann.* 1311 *rubr.* 6 für einen Prälaten 10, für einen andern Kleriker 5 librae Papienses. *Ravenn. ann.* 1317 *rubr.* 4. *Benevent. ann.* 1331 *c.* 55. *Constitt. Eccl. Ferrar. ann.* 1332 *c.* 31 (24 librae) u. s. w.

9) *Conc. Moguntin. ann.* 1310 (*Mansi XXV*, 313): Cohabitationis vitium — quorundam negligentia Praelatorum, immo quod detestabilius est, aliquorum malitia, qui quaestum aestimant pietatem, sentitur iterum pullulare. — Si qui — ob quaestum turpem hujusmodi ad se delatum in subditis suis favere vel dissimulare praesumpserint (es sind die Archidiaconi u. Decane gemeint), illi per suos Praelatos ab honoribus dejiciantur. — Die spätern feststehenden Abgaben waren aber aus den Geldstrafen entstanden, wie dieß mit mehreren Sendstrafen schon früher geschehen war (Abth. 2 §. 85 *not.* 3). So bittet das englische Unterhaus 1372 den König (*Rotuli Parliamentorum tempore Edwardi III p.* 313): de remedie de ce que les Prelatz et Ordinares de seint Eglise pristrent sommes pecuniers de gentz de seint Eglise, et autres, pur redemption de lour pecche de jour en jour, et an en an, de se que ils tiendrent overtement lours concubines. *De ruina Eccl. c.* 22 (in *v. d. Hardt Conc. Const. I, III*, 23): Jam illud, obsecro, quale est, quod plerisque in dioecesibus rectores pa-

Macht, diesem Aergerniſſe zu ſteuern, von der Kirche als Eingriff in ihre Rechte zurückgewieſen [10]).

---

rochiarum ex certo et conducto cum suis Praelatis pretio passim et publice concubinas tenent? — *Theobaldi publ. conquestio in Conc. Const.* (*l. c. I, XIX*, 909): Ipsi (sacerdotes) — non solum tabernas, sed etiam lupanaria intrare, puellas maritatas atque moniales corrumpere, concubinas in domibus publice tenere, et cum eis procreare, atque alias superinducere, statimque post celebrare non adhorrent. Episcopi autem quoniam eodem vitio laborant, talia corripere non praesumunt. *Imo aliquid annuatim ab eis recipiunt*, et omnes in tali miseria stare permittunt. Unter dieſen Umſtänden galt Prieſterunzucht wenigſtens nur für ein geringes Vergehen. Daher *Gerson de visitatione Praelatorum* (*Opp. ed. du Pin II*, 564): denuncietur recipientibus sacros Ordines, quod faciunt votum castitatis solemne, ne putent se liberos ad fornicandum, sicut fatui quidam putant.

10) Zu ſolchem Verſuche fühlte ſich ſogar der Kaiſer Karl IV. trotz ſeiner tiefen Ehrfurcht gegen den Klerus gedrungen: aber vgl. *Innocentii P. IV ep. ad Carolum* (b. *Raynald. ann.* 1359 *no.* 11): Habet fide digna insinuatio facta nobis, quod tua Serenitas, attendens quosdam Clericos et ecclesiasticas personas — effrenata quadam vivendi licentia contra ecclesiasticae religionis decentiam, et clericalis habitus honestatem saecularibus sese actibus immiscentes, ad coërcendos illorum errores et transgressiones temerarias refrenandas imperialis sollicitudinis operam adhibere fervore devotionis intendit, jamque super his nonnullis Praelatis — certas literas destinavit, comminationes sequestrationis ecclesiasticorum proventuum faciendae per saeculares Principes continentes, ne Clerici ipsi, qui tanquam Dei ministri esse debent caeteris modestiae et gravitatis exemplar, in suam et aliorum perniciem incorrecti ulterius per vitiorum lubricum gradiantur. Siquidem, carissime fili, zelum tuum, quem habes ad domum Domini multipliciter, commendamus etc. — verum cum tu defensor egregius et zelator praecipuus ecclesiasticae libertatis existas, decet excellentiam tuam accurata diligentia providere, ne per id, quod ortum ex puritate devo-

Drittes Capitel.

Geschichte des Mönchthums.

§. 111.

Zustand der ältern begüterten Orden.

Dieselben Ursachen, welche den tiefern Verfall des Säcular-klerus hervorbrachten, beförderten auch in den begüterten Orden, in denen die Neigung zu Wohlleben und Unabhängigkeit schon älter war, allgemeine Verwilderung [1]). So finden wir in den-

---

tionis accepit, debitos transeundo terminos, nostro et apostolicae sedis honori, ac praefatae libertati ecclesiasticae — possit in aliquo derogari. Ideoque magnitudinem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus ab hujusmodi comminationibus sequestrationis ecclesiasticorum proventuum faciendae, quod absit, per saeculares Principes, de caetero abstinens, et si quid per comminationes ipsas attentatum forsan extiterit, quod non credimus, cum id proculdubio foret illicitum, — in statum pristinum reformare procurans, Praelatos — debita caritate sollicites et inducas, ut contra eosdem transgressores sui officii debitum exequantur etc. Die freien Städte konnten auch hier mehr wagen. Vgl. Conr. Justinger's († 1426) Berner Chronik, herausgeg. v. Stierlin u. Wyß, Bern 1819, S. 254: Da man zalt von Gottes Geburt 1405 Jare, warent viel Pfaffendirnen im Lande. Nu hättent die von Bern gern gesechen, daß sie die Dirnen von ihnen gelassen hätten. Da meintent die Pfaffen, die Leigen hättent sie nit ze strafen, noch ze wisen. Da gebuttent aber die von Bern allen Pfaffendirnen, daß sie von ihnen kehrtent, bi einer Pene. Also giengent sie von ihnen etwas Zites. Zehand kehrten sie wiederumb. Die hieß man alle fachen, und wurdent in die Kefien geleit.

1) Namentlich verfiel die Zucht auch durch das Commendenwesen, *Gerson de modis uniendi ac reform. Ecclesiam in Conc.* (*Opp. ed. du Pin II*, 174): Jam monasteria Ordinum quorumcunque — dantur in commendas dictis Cardinalibus, qui vix habent in

ſelben gegenwärtig wenige Spuren von wiſſenſchaftlichen Beſchäftigungen [2]), dagegen deſto mehr Ausſchweifungen [3]), welche

---

quolibet decimam partem monachorum ibidem olim existentium, aut paucos aut nullos omnino. Unde videbis, aliquos nepotes aut consanguineos laicos Cardinalium in ipsa Romana Curia otiose vacare, et nisi luxuriis et deliciis inhaerere: — et pauperes religiosi, de quorum fructibus talis pompa fit, — grandi semper rerum penuria laborant.

2) Der Wiſſenſchaft der Zeit, der ſcholaſtiſchen Theologie u. Philoſophie, lieferten dieſe Orden auch nicht einen ausgezeichneten Mann. Wie es mit den Kloſterbibliotheken herging, möge aus dem Schickſale einer der berühmteſten, der von Monte Cassino, erſchloſſen werden, ſ. *Benvenuti Imolensis comm. in Dantis paradisum cant.* XXII *v.* 74 (geſchr. 1386 in *Muratori antiquitt. Ital. medii aevi I,* 1296): Venerabilis praeceptor meus Boccacius de Certaldo (der berühmte Novelliſt † 1375) dicebat, quod dum esset in Apulia, — accessit ad nobile monasterium Montis Casini. — Et avidus videndi librariam, quam audiverat ibi esse nobilissimam, petivit ab uno monacho humiliter, — quod deberet ex gratia sibi aperire bibliothecam. At ille rigide respondit, ostendens sibi altam scalam: *ascende, quia aperta est.* Ille, laetus ascendens, invenit locum tanti thesauri sine ostio vel clavi: ingressusque vidit herbam natam per fenestras, et libros omnes cum bancis coopertos pulvere alto. Et mirabundus coepit apelire et volvere nunc istum librum, nunc illum, invenitque ibi multa et varia volumina antiquorum et peregrinorum librorum. Ex quorum aliquibus erant detracti aliqui quinterni, ex aliis recisi margines chartarum, et sic multipliciter deformati. Tandem miseratus, labores et studia tot inclytorum ingeniorum devenisse ad manus perditissimorum hominum, dolens et illacrymans recessit. Et occurrens in claustro petivit a monacho obvio, quare libri illi pretiosissimi essent ita turpiter detruncati. Qui respondit, quod aliqui monachi volentes lucrari duos vel quinque solidos, radebant unum quaternum, et faciebant psalteriolos, quos vendebant pueris, et ita de marginibus faciebant brevia (magiſche Schutzbriefe gegen Krankheiten u. dgl.), quae vendebant mulieribus. Nunc ergo, o vir studiose, frange tibi caput pro faciendo libros.

besonders während des Schisma alle Gränzen überschritten [4]),

3) Clemens V. schrieb auf dem Concilio zu Vienne (*Clementin. lib. III tit.* 10 *c.* 1) den nigris monachis mehrere Reformationen vor, und verbot insbes. vielerlei anstößige Kleidungen und Jagd. Noch umfassendere Reformationen ordnete Benedictus XII. für die Cistercienser durch die Bulle Fulgens sicut stella 1335, für die Benedictiner durch die Bulle Summi magistri 1336 und die andere Dudum pro bono 1340 an (diese Bullen in d. Bullarien): aber Clemens VI. (*Tertia vita* b. *Baluz. I*, 285) constitutionis per — Benedictum P. XII — editae super reformatione monachorum nigrorum rigorem attendens, illam oleo suae clementiae misericordis adspergens modificavit in multis, et eam discretionis lima reformans, ad jugi dominici suavitatem et levitatem omnes cum aequitate reduxit.

4) *De ruina Eccl. c.* 32 (in *v. d. Hardt Conc. Const. I, III*, 33): De monachis autem et monasteriis late patet ad loquendum materia. — Quid autem commendabile de ipsis dicere possumus, qui — quanto magis inter caeteros Ecclesiae filios ex votis suae religionis perfecti esse debebant: — tanto ab his omnibus rebus licet eos videre magis alienos, magis videlicet tenaces, magis avaros, magis saeculari rei — immixtos, magis insuper lubricos, indisciplinatos, dissolutos, inquietos, magis per loca publica et inhonesta (si modo frena laxantur) discursantes: ita ut nihil illis aeque odiosum sit, quemadmodum cella et claustrum, lectio et oratio, regula et religio. Quocirca monachi quidem sunt exteriori habitu, sed vita, sed operibus, sed internae conscientiae spurcitia a perfectione, quam habitus ille demonstrat, longissime disjuncti. Fallit autem illos nimium sua opinio. Nam quanto sua professione rejecta terrenis magis adipiscendis inhiant, tanto pauciora habent, tantoque dotes et reditus ipsorum magis semper in nihilum fluunt. Ecce omnium coenobiorum uberrimos olim fructus ita hodie attenuatos cernimus, ut unde centum homines vivere solebant, vix decem nunc aegerrime vivant. Abt Cuno v. St. Gallen um 1400 hatte öffentlich „ein Husfrowen," und eben so die Mönche (Reimchronik des Appenzellerkrieges herausgeg. v. J. v. Arx, St. Gallen, 1830, S. 4). Die Mönche des Klosters Abdinghof in Paderborn hatten

und denen sich auch die Nonnenklöster auf die ärgerlichste Weise hingaben [5]).

---

die Klostergüter unter sich getheilt, führten ein liederliches Leben, und widersetzten sich 1409 dem Bischofe, welcher sie reformiren wollte (*Annal. Paderborn. II*, 353).

5) *Alvarus Pelagius* (*de planctu Eccl.* (s. §. 99 *not.* 18) *lib. II c.* 45) hat als 101te Anklage gegen die Weiber: aliquae supponunt se daemoni transfigurato incubo, sicut in quodam coenobio sanctimonialium eam daemoniacam vexationem post multas poenitentias et consimilia et praedicationes non usquequaque de eis potui extirpare: tantam enim familiaritatem cum quibusdam ex eis isti daemones contraxerant, quod ad eorum adspectum non terrebantur, sed absque pavore cum eis loquebantur et contrectabantur, sicut ex earum judiciali confessione habui. vgl. die Schilderung der Frauenklöster in Rulman Merswin's Buche v. d. neun Felsen (H. Suso's Leben u. Schriften v. Diepenbrock S. 519). *De ruina Eccl. c.* 36: De monialibus autem plura dicere, etsi plura, quae dici possent, suppetebant, verecundia prohibet; ne non de coetu virginum Deo dicatarum, sed magis de lupanaribus, de dolis et procacia meretricum, de stupris et incestuosis operibus pudendum sermonem prolixe trahamus. Nam quid, obsecro, aliud sunt hoc tempore puellarum monasteria, nisi quaedam, non dico Dei sanctuaria, sed Veneris execranda prostibula, sed lascivorum et impudicorum juvenum ad libidines explendas receptacula; ut idem hodie sit puellam velare, quod ad publice scortandum exponere. So fordert auch *Jo. Gerson declaratio defectuum virorum ecclesiasticorum* (*Opp. ed. du Pin II*, 317) auf: inquirite, si quae hodie claustra monialium facta sunt quasi prostibula meretricum. Vgl. Gregorius XII. Schreiben v. J. 1408 an einen Abt in Friesland über den Zustand der dortigen Benedictinerklöster (in *Theod. de Niem nemus unionis tract. VI. c.* 34): nuper ad nostrum pervenit auditum, quod in partibus Frisiae XXII monasteria Ordinis s. Benedicti, Bremensis, Monasteriensis et Trajectensis dioeceseos consistunt, in quibus olim — tantummodo moniales dicti ordinis degebant, sed successu temporis contigit, quod in eisdem etiam mares ejusdem professionis in magno numero qualitercunque cum monialibus — degerent, prout degunt ad prae-

§. 112.

Wirksamkeit der Bettelorden.

Mehr als jene reichen Orden bewahrten dagegen die Bettelmönche die äußere Ehrbarkeit, welche ihnen zur Erhaltung ihrer vielseitigen Wirksamkeit nothwendig war: und die Wissenschaften, welche in jener Zeit vorzüglich Ansehn gaben, scholastische Philosophie und Theologie, wurden nirgends eifriger als in den Bettelorden getrieben [1]). So breiteten dieselben ihren Wirkungs=

---

sens. — In quibus [monasteriis] paene omnis religio et observantia dicti Ordinis, ac Dei timor abscessit, libido et corruptio carnis inter ipsos mares et moniales, necnon alia multa mala, excessus et vitia, quae pudor est effari, per singula succreverunt. — Fornicantur etiam quam plures hujusmodi monialium cum eisdem suis Praelatis, monachis et conversis, et in iisdem monasteriis plures parturiunt filios et filias. — Filios autem in monachos, et filias taliter conceptas quandoque in moniales dictorum monasteriorum recipi faciunt et procurant: et quod miserandum est, nonnullae ex hujusmodi monialibus maternae pietatis oblitae, ac mala malis accumulando, aliquos foetus eorum mortificant, et infantes in lucem editos trucidant. — Insuper quasi singulae moniales hujusmodi singulis monachis et conversis — ad instar ancillarum seu uxorum — sternunt lectos, lavant etiam eis capita et pannos, — necnon decoquunt ipsis cibaria delicata, ac die noctuque cum ipsis monachis et conversis in comessationibus et ebrietatibus creberrime conversantur etc. *Theobaldi sermo in Conc. Const.* (in *v. d. Hardt Conc. Const. I, XIX*, 909): Loca sanctimonialium — quasi publica loca, plus quam theatra ad omnes vanitates, etiam a magnis, non sine maximo scandalo frequentantur. Et si qui forte alti status propter verecundiam temporalem intrare non audeant, sua munuscula, fercula et literas eis mittunt, easque cum maximo scandalo ad se invitant. Quae autem ex his sequuntur, turpe est dicere, sed multo turpius est facere.

1) *De ruina Eccl. c.* 33 (*v. d. Hardt Conc. Const. I, III*, 33): Venio nunc ad Mendicantes, qui ex professione arctissimae

nis, — puta ut essent sibi soli subjecti, et a suis immediatis Praelatis exempti, — habentes potestatem super terrenos (*leg. alienos*) subditos confessiones audiendi, et auctoritatem praedicandi quae volunt, et per consequens impediendi dominos Curatos, et Ordinem sanctissimum conturbandi, alios Ordines excogitando. — (Satan) abduxit Christianos — a primaeva ipsorum dignitate et sanctitate — ad quandam mirabilem simulationem, et Deo nimis abominabilem conversationem, compositam ex vitiis et speciebus sanctitatis, religionis et virtutum, facietenus solum apparentium splendidae et laudabiles apud homines, sed nequaquam apud Deum. Ita dico, abduxit spiritualiter et successive a virtutibus pulcherrimis et dulcissimis, et a rigore ipsarum ad quandam vanitatem vitae, et tepiditatem abominabilem solum consuetudinum et rituum Ecclesiae Romanae, similiter in facie bene apparentium, sed in veritate Dei mortuorum, et desolatorum a Spiritu Jesu crucifixi: ita ut omnia fere Christianorum jam decora et honesta, sint solum quasi pulchra imago exterius picta sine spiritu et vita, sint quoque justitia hominum propria, nimis remota a justitia Dei. — Seduxit, inquam, tali modo — populum christianum, ut omnia turpia et omnia vitia, quae in primitivo populo tantum erant horribilia et abusiva, sint usitata, — excusata. — Et non solum hoc, sed etiam viceversa, qui alienant se strenue ab exercitio talium et a contubernio propter Domini Jesu timorem et amorem, mox a vulgo christiano hujus mundi conviciantur et confunduntur, et nota pessima singularitatum vel haeresum criminantur: propter quod tales homines devoti, qui similia vulgo profano non agunt, Bechardi vel Turlpinii, aut aliis nominibus blasphemis communiter jam nominantur. — *Cap.* 37: Dei Ecclesia nequit ad pristinam suam dignitatem reduci, vel reformari, nisi prius omnia fiant nova. — Credo, — quod jam tunc surget novus populus, secundum novum hominem formatus, qui secundum Deum creatus est: ex quo novi clerici et sacerdotes provenient et assumentur, qui omnes odient avaritiam et gloriam hujus vitae, ad conversationem caelestem festinando. — Veruntamen Dominus piissimus Jesus Christus hoc opus, puta innovationis

---

Ecclesiae suae, jam in nostris temporibus, i. e. a 50 vel 70 annis, coepit valde accelerare, exercens sua judicia manifesta in Christianis per orbem manifestum. — *Cap.* 60: Diabolus omnem religiositatem in Ecclesia multiplicat in conventibus et personis, et per consequens omnem sanctitatem et faciem pietatis et gratiae in verbis et habitu exteriori, sed omnia solum ad extra et secundum faciem corporalem, et sine spiritu Jesu crucifixi. Multiplicavit insuper — omnem decorem et honestatem in Ecclesiasticis, vel saltem illa omnia accepit sibi in adminiculum seducendi Christianos ad amorem hujus saeculi. — Inde etiam idem Satan — multiplicavit promissiones infinitas, et magnas in Dei Ecclesia peccatoribus et amatoribus talibus hujus saeculi justificationes multas inventitias humanas, aut ipsas convertit ad suam fortiorem deceptionem, ut Christiani in illis sibi blandirentur, et constituerent suam spem salutis, non habentes ad Jesum crucifixum fidelem caritatem et ad proximos, et habentes vitam totaliter carnalem. — Item ob id permisit vel procuravit fieri — scientias adinventitias et recentes, quae aequaliter vel magis quam scientia Dei — sunt authenticae, tremendae, et maximae auctoritatis. — Multiplicata sunt ad haec mandata et cerimoniae hominum infinitae, et ut tantum essent tremenda et tantae auctoritatis, quemadmodum Dei summi praecepta, praedicantur et docentur, et cum magna districtione imperantur. — Multiplicata sunt quoque multa incerta corporalia, simpliciter nullam virtutem in se ipsis habentia, nullam efficaciam salutis, nullam sanctitatem spiritus Jesu, nullam auctoritatem ex Deo vel Scripturis, quae quia sunt in se recentia et nova, et splendida coram hominibus, et quasi stupenda, et celeberrime praedicantur, commendantur et famantur, vulgus ea accipit nimis ardue, colit et adorat strenue, tremit coram ipsis, et virtutem quandam magnam et suffragia ponit, quod in talibus corporalibus — et per talia sit Deus colendus et inquirendus. — *Cap.* 82: Hypocritae, et maxime sacerdotes amici hujus saeculi, habent illud de more, quod Sanctos Dei, qui sunt in caelis, multum nimis solemnisant et extollunt: sanctos vere Christianos secum adhuc in hac vita pauperes et humiles contemnunt

et persequuntur. — Sanctorum in caelis ossa et reliquias sumptuose procurant auro, et serico contegunt, sed pauperes sanctos degentes cum eis in hac vita admittunt fame et siti cruciari, et nudos pati gelu et frigora. — Et hoc commune est apud ipsos, illustres viros et sanctos mortuos laudare et glorificare supra modum, sanctos vero illustres et conviventes vituperare, et ipsorum facta virtuosa detractione obnubilare. — *Cap.* 83: Die Mulier ebria de sanguine Sanctorum (*Apoc.* 17, 6) deutet er de multitudine hypocritarum, qui secundum communem consuetudinem nunc Ecclesiae vocantur Religiosi. — Nulli etenim magis proprie comedunt peccata populorum, sicut ipsi, et bibunt et inebriantur. — In isto tamen valde talium ebrietas sanguinis ostenditur evidenter, puta quod in tantum placet ipsis peccata populorum comedere et potare, quod otiosam vitam et quietam continuantes, accipiant multas oblationes et donaria magna tradita pro peccatis, quod non audent hominibus peccatoribus annunciare peccata ipsorum vel aggravare, quinimo magis peccatis blandiuntur et excusant. — Et super hoc amplius vigilare eos oportet omni speciei religionis et pietatis, utpote templis eorum de magno sumptu et adornatissimis omni supellectile pulcherrima et delectabili in aspectu populorum, ita ut omnia sint munda coram hominibus ordinata, quatenus perinde extrahendi a plebibus alienis magis donaria et multam eleemosynam, multam haberent occasionem et nimium coloratam. Daher auch bei ihnen multae festivitates gloriosae Sanctorum Dei in caelis, — multae Sanctorum reliquiae, — pulcherrimae picturae et statuae, quae faciunt insignia portenta et miracula magna. — Et tunc deinceps nequaquam est omittendum, quia talia omnia et cum multo additamento exquisite in populis divulgentur, — proclamentur, ut sciant Christiani, ubi vel qua suam salutem debeant providere. Enimvero indulgentiae magnae et magna promissa omnibus accurrentibus, et gratiae vix ab hominibus credibiles, alias ita authenticae, et a dominis apostolicis ita roboratae per testes et per bullas, quod non est plus homini de ipsis nullo modo dubitare. Nam etsi contradiceret, vel non crederet, indignationem Dei omnipotentis incurreret. Et

bel als die lautere Quelle des Christenglaubens hin [11]). Auch

---

forte plaga manifesta puniretur, sicut jam multi, inquiunt, pro simili incredulitate sunt puniti. Jordan S. 80: Nec per hoc ego curo negare, imagines rationabiliter fieri in Ecclesia et poni, cum hoc teneat universitas sanctae Ecclesiae, et dicatur communiter, quod tales imagines sunt scriptura laicorum. Decoretur igitur templum statuis imaginum: huic ego non obsto, — dummodo in talibus cautela contra daemonia, sicut et in aliis, habeatur. Sed hoc audacter dico, quod quam cito una imago amplius reveretur quam aliae imagines in templo, vel habet concursum ampliorem plebis cum candelis, genuflexionibus vel aliter, mox est de templo ejicienda, tamquam offendiculum populi. Item si adjungantur aliqua signa facta quasi per imaginem aut ratione imaginis vel aliter, iterum illico illa statua est cassanda; quia jam valde timendum est plebi Christi, ne fortasse tunc accesserit ibi jam daemonium, volens ludificare plebejos, et polluere adorationem Jesu Christi corporis et sanguinis pretiosi.

11) Jordan S. 30: Et quam cito legi b. Augustinum in libro de doctrina christiana, et Hieronymum, dicentes, quod studium textuum sacratissimae bibliae est in principio et in fine super omnia necessarium et utile cuilibet pertingere cupienti ad agnitionem theologicae veritatis, et ipsa est primum et fundamentale et debet esse cuilibet literato christiano; mox agglutinata [est] anima mea bibliae in amore perpetuo. Ubi fateor, quod a juventute mea non recessit a me usque ad senectam et senium, neque in via, neque in domo, neque dum occupabar, nec cum otiabar: et in omni mea ambiguitate, in omni quaestione, semper in biblia et per eam sufficientem et lucidam expeditionem reperi et consolationem animae meae, et in omni turbatione mea, persecutione et tristitia ubique confugi ad bibliam, quae, ut dixi, semper mecum ambulat, me acarissima. — Unde cum vidi, quam plurimos portare semper et ubique secum reliquias et ossa diversorum Sanctorum, pro defensione sua quilibet et sua singulari devotione; ego elegi mihi bibliam, meam electam, sociam meae peregrinationi, gestare semper mecum etc. —

er empfahl wie Milicz die öftere Communion, bis eine Synode in Prag, 1388, gegen dieselbe entschied [12]).

Mit Recht sind diese Männer später als Hussens Vorläufer betrachtet worden [13]): indessen haben die Hussiten, nachdem der Kelch im Abendmale ihr Parteizeichen geworden war, sich für denselben mit Unrecht auch auf sie berufen. Zuerst mißdeutete man den Streit des Matthias v. Janow über die öftere Communion dahin, als ob er auch für die Laien den Kelch gefordert, und ihnen denselben gereicht habe [14]). Weit später ver-

---

12) Jordan S. 55. Die Synode bestimmte, daß kein Laie öfter als monatlich einmal zum Abendmale zugelassen werden sollte.

13) insbes. von Hussiten und Protestanten, unter denen sich aber auch eben von jener Ansicht aus manche unerwiesene Meinungen gebildet haben. So ist es traditionell geworden, daß der Erzb. Zbyniek (Sbynko) v. Prag 1410 mit Wicliffs Schriften auch die des Milicz u. Matthias v. Janow habe verbrennen lassen. Die Quellen dieser Meinung sind allein: Hagek's († 1553) böhm. Chronik S. 659: „Etliche sagten, es wären daneben viel andere und mehr als des „Wigleffs Bücher verbrannt": und *Procopii Lupacii* († 1587) *calendarium hist. ad d.* 16 *Jul.* Feruntur tum et plurimi libri esse concremati Joannis Militii, Mag. Matthiae cognomine Parisiensis etc. Indeß in dem erzbischöflichen Verdammungsdecrete, welches in Hussens Appellation erhalten ist (*Hussii opp. I*, 113), u. in dieser Appellation selbst geschieht blos der Schriften Wicliffes Erwähnung, und so hat die 150 Jahr später hervortretende Sage keine Wahrscheinlichkeit, s. *Balbini Bohemia docta II*, 178. — Milicz wird auch von den Annalisten *Raynaldus*, *Spondanus* und *Bzovius ad ann.* 1374 für einen Ketzer erklärt: dagegen haben die meisten kathol. böhmischen Schriftsteller seit *Balbinus* die Rechtgläubigkeit aller drei oben genannten Männer vertheidigt.

14) *v. d. Hardt Conc. Const. t. III. Prolegg. p.* 20 erzählt aus den Verhandlungen der Böhmen auf dem Baseler Concil i. J. 1433 folgendes, was aus Mss. genommen sein muß, da es sich in den gedruckten Acten nicht findet: Johannes de Polemar, cum Rokizana in Basileensi Concilio de communione calicis contendens, in responsione sua agnoscit quidem, Pragae apud s. Nico-

mutheten hussitische Schriftsteller ohne allen Grund, daß die Bestrebungen aller der genannten drei Männer sich an den angeblich bis dahin noch erhaltenen griechisch-slavischen Cultus angeknüpft, und namentlich gegen den Kelchraub gerichtet hätten [15]).

---

laum Magistrum Matthiam pro concione populo nova de sacramento quoque coenae praedicasse, ast palinodiam in Synodo Pragensi anno 1389 cecinisse, ait. In quibus tamen articulis, ut Polemarus eos refert, communionis calicis clara mentio haud facta. Unde in dubio relinquit Polemarus, an Matthias calicem populo dederit, an secus. Hoc interim certum esse ait, eum prohibitum fuisse. *Sive*, inquit, *ipse inceperit hanc novitatem praedicare, sive sub utraque specie communicare, tamen sua doctrina sive practica non habuit progressum.* Der Hussit *Wenceslaus Pisecenus* um 1520 schreibt von Matthias Parisiensis (*Balbini Bohemia docta II*, 178): multos eruditissimos conscripsit libros, in quibus de communione utriusque speciei pluribus egit (indeß vgl. *l. c. p.* 179). Es ist diese falsche Meinung wohl daraus entstanden, daß Matthias auch von dem Abendmalsgenusse der Laien die Ausdrücke gebrauchte: communicatio corporis et sanguinis J. Chr., Leib und Blut Christi empfangen (Jordan S. 52. 55. 56), weil er Joh. 6, 53 auf das Abendmal bezog (*De abominatione c.* 29 u. 24 in *Hus monumenta I*, 504). Diese Ausdrucksweise war auch von dem Genusse unter einer Gestalt dogmatisch vollkommen richtig (Abth. 2. §. 77. *not.* 12), wurde aber später unter den Hussiten so aufgefaßt, als ob Matthias beide Gestalten vertheidigt habe.

15) *Paulus Stransky de republica Bojema* 1633 *c. VI.* §. 5 (auch in *Goldasti comm. de regni Bohem. juribus ed. Schminckii II*, 511) ist der Erste, der diese Ansicht aufstellt, ohne indeß dabei des Kelchs besonders zu erwähnen: ihm folgt zunächst *Jo. Amos Comenius* (*historia persecutionum Ecclesiae bohemicae* 1648 *p.* 19 *ss.* und *historia Fratrum Bohemorum* 1660 *ed. Buddei p.* 6), welcher jene Männer zuerst zu Vertheidigern des Kelchs macht. Diesem sind alle Neuere gefolgt, insbes. Augustin Zitte in seinen unkritischen und willkürlich ausgeschmückten Lebensbeschreibungen der drei ausgezeichnetsten Vorläufer des berühmten M. Johannes Hus, Prag

§. 125.

Johann Wicliffe.

Henrici de Knyghton (Kanonicus in Leicester, Wicliffe's Zeitgenosse) ***de eventibus Angliae usque ad ann.*** 1395 (in ***Rog. Twisdeni scriptt. X hist. Angl. Lond.*** 1652 *fol.*). — ***Thomae Walsingham*** (Benedictiner in St. Alban um 1440) ***Hist. Anglica major*** (in ***Camdeni scriptt. rer. Angl. Lond.*** 1574. ***Francof.*** 1602 *fol.*).

The history of the life and sufferings of John Wicliffe by John Lewis, London 1720. ***The life and opinions of John de Wycliffe, illustrated principally from his unpublished Manuscripts, by Rob. Vaughan, London*** 1829, *ed.* 2. 1831, 2 *voll.* ***S. A. J. de Ruever Groneman diatribe in Jo. Wicliffi vitam, ingenium, scripta, Traj. ad Rhen.*** 1837. *D.* L. Flathe's Gesch. der Vorläufer d. Reformation (2 Th. Leipzig 1835. 36) *II*, 161. *Dr.* G. Weber's Gesch. der akatholischen Kirchen u. Secten v. Großbritannien, Th. 1 Bd. 1 (Leipzig 1845) S. 62.

In England wurden die Bedrückungen des Papstthums

1786 (in d. Kurzen Lebensbeschreibungen berühmter Männer Böhmens Bd. 1), welchen auch Schröckh *XXXIV*, 566 zu sehr traut. Der obigen Ansicht steht entgegen, daß 1) in den ältern Quellen sich keine Spur von griechisch-slavischem Ritus zur Zeit Karls *IV* und einer Verfolgung desselben findet, dagegen dieser Kaiser für den lateinisch-slavonischen Ritus das Kloster Emaus in Prag 1347 erbauete, vgl. Dobner in den Abhandl. der Böhmischen Gesellsch. der Wissensch. auf 1785 S. 174 f. 1786 S. 433: und daß 2) in den zahlreichen Schriften und Verhandlungen, welche der Einführung des Kelchs durch Jacob von Misa folgten, (mit Ausnahme der *not.* 14 bemerkten) durchaus keine Hindeutungen auf frühere Versuche der Art vorkommen. Die böhmischen Brüder sagen in ihrer *Apologia verae doctrinae* v. J. 1538 (s. Bd. 3 Abth. 1 §. 14 *not.* 4) in *Lydii Waldensia II*, 292 ausdrücklich: **Mag. Jacobellus primus omnium communionem utriusque speciei in Bohemia practicare coepit.**

seit der offenbaren Abhängigkeit desselben von dem feindlichen Frankreich doppelt stark empfunden, und Regierung und Parlament, von der allgemeinen Volksstimmung getrieben und unterstützt, bekämpften dieselben mit Entschiedenheit und Erfolg [1]). In Folge davon wurden aber auch Vielen die Augen über andere kirchliche Verderbnisse geöffnet [2]), und insbesondere war es die Wirksamkeit der Bettelmönche, der eifrigsten Diener des Papstes, welche vielfachen Tadel erfuhr [3]).

Diese allgemeine Stimmung fand bei John Wicliffe, einem durch Scharfblick und Gelehrsamkeit ausgezeichneten [4]) Fellow des Mertoncollege in Oxford, einen festen Boden in seiner Liebe zum Vaterlande und in seinem Eifer für wahres Christenthum [5]). Er trat zuerst in den Streitigkeiten der Universität mit den Bettelmönchen als muthiger Kämpfer auf (1360),

---

1) s. §. 103. *not.* 30.

2) So ließ Robert Longland, ein Priester, um 1350 ein allegorisches Gedicht »*the Visions of Peirce Plowman*« (*with comm. by Whitaker*, *Lond.* 1813. 4) erscheinen, welches den kirchl. Aberglauben, die Mönche u. s. w. geißelte, und eine Reformation der Kirche verkündete. Es wurde bald sehr populär, vgl. *Warton history of English poetry* (*Lond.* 1774. 2 *voll.* 4) *I*, 287. *Vaughan II*, 148. — Auch der Mönch John Ball, welcher sich später an Wicliffe anschloß, hatte schon früher in diesem Sinne gepredigt, s. Schlosser's Weltgeschichte *II*, 266.

3) vgl. §. 112. *not.* 2 u. 3 (Richard's, Erb. v. Armagh, Auftreten gegen dieselben in Avignon 1357).

4) Bei seinem entschiedenen Gegner *Heinr. de Knyghton de eventibus Angliae lib. V p.* 2644 heißt er Jo. Wycklif — Doctor in Theologia eminentissimus in diebus illis. In philosophia nulli reputabatur secundus, in scholasticis disciplinis incomparabilis. Seine zahlreichen Schriften (verzeichnet *Lewis p.* 143 *ss. Vaughan II*, 379) sind leider meistens nicht mit Sicherheit chronologisch zu bestimmen.

5) Ueber seine erste Schrift »*The last age of the Church*« v. J. 1356 (*ed. James Henthorn Todd, Dublin* 1841) s. *Vaughan I*, 254.

und sprach unverholen die Verwerflichkeit dieser Orden aus [6]). Als Eduard III 1366 sich von der schimpflichen Lehnsabgabe an den Papst mit Hülfe seines Parlaments frei machte, vertheidigte Wicliffe eben so freimüthig diesen Schritt [7]). Da er in zahlreichen Schriften in der Landessprache zu dem ganzen Volke redete, so fand er unter allen Ständen, mit Ausnahme der Mönche, großen Anklang, welcher sich noch dadurch verstärkte, daß der Vater der englischen Dichtkunst, Gottfried Chaucer († 1400), sich den Angriffen auf die Bettelmönche anschloß [8]). Wicliffe wurde 1372 Professor der Theologie in Oxford, und 1375 Rector der Pfarrei Lutterworth: und als die Regierung ernstlicher als je die englische Kirche der päpstlichen Willkür zu entziehen strebte, war Wicliffe einer der Gesandten, welche darüber 1374 in Brügge einen Vergleich mit den päpstlichen Abgeordneten verhandelten [9]). Unter diesen Verhältnissen

---

6) Die Zeitordnung seiner zahlreichen gegen die Bettelmönche gerichteten Schriften ist nicht mehr auszumitteln. Ihren Inhalt faßte er zusammen in der Schrift: *Objections to Friars* (gedruckt in den v. Thomas James herausgegebenen *Two short treatises against the orders of Begging Friars compiled by John Wiclif. Oxford* 1608. 4), vgl. *Vaughan I*, 267. *II*, 203. Besonders behauptete er: sith open Begging is thus sharply damned in holy Writ, it is a foule Error to meyntene it, but that is more Error to seie that Christ was such a Beggar. s. *Lewis p.* 7.

7) vgl. ob. §. 101. *not.* 12. *Lewis p.* 17. *Vaughan I*, 278. *Ruever Groneman p.* 87. Ein Mönch hatte dagegen geschrieben und behauptet, quod sit falsum et pseudoevangelicum, quod domini temporales possunt in aliquo casu legitime auferre ab Ecclesiasticis bona sua. Dagegen schrieb Wicliffe eine *Determinatio de dominio*, abgedruckt b. *Lewis p.* 363 *ss.*

8) Besonders in den *Canterbury tales* (herausgeg. v. *Th. Tyrwhitt. Lond.* 1775. 5 *T.* 8. *Oxford* 1798. 2 *T.* 4) s. *W. Godwin hist. of the life and age of G. Chaucer, Lond.* 1803. 2 *T.* 4. *Vaughan II*, 137. Weber *I*, *I*, 102.

9) s. oben §. 103. *not.* 20. *Lewis p.* 30. *Vaughan I*, 338. *Ruever Groneman p.* 107.

hatte er Gelegenheit erhalten, eben so das Verderbniß des Papstthums [10]) als die schädlichen Wirkungen des Mönchthums zu erkennen [11]): und da er freimüthig seine Ueberzeugungen aussprach, so wurde er noch 1376 wegen 19 Irrlehren bei dem Papste verklagt. Gregorius XI ordnete eine Untersuchung gegen ihn an [12]): diese wurde indeß durch die Gunst der weltlichen

10) Er nannte den Papst Antichrist, the proud wordly Priest of Rome, and the most cursed of Clippers and Purse-kervers, *Lewis p.* 34.

11) Was er in seinen frühern Schriften den Mönchen einzeln vorgeworfen hatte, faßte er um 1382 in 50 Ketzereien und Irrthümern zusammen, b. *Lewis p.* 20 *ss.*

12) Die päpstl. Schreiben v. J. 1377 an die Univ. Oxford, den Erzb. v. Canterbury und den Bisch. v. London, und an den König von England b. *Walsingham p.* 201 *ss. Conc. Magnae Brit. III,* 116. Die beigelegte Schedula mit den 19 ketzerischen propositiones b. *Walsingham p.* 204. *Conc. M. B. III*, 123. *Lewis p.* 266: U. A. I. Totum genus hominum concurrentium citra Christum non habet potestatem simpliciter ordinandi, ut Petrus et omne genus suum dominetur politice imperpetuum super mundum. VI. Si Deus est, domini temporales possunt legitime ac meritorie auferre bona fortunae ab Ecclesia delinquente. VII. Numquid Ecclesia est in tali statu vel non, non est meum discutere, sed dominorum temporalium examinare, et posito casu confidenter agere, et in poena damnationis aeternae ejus temporalia auferre. VIII. Scimus, quod non est possibile, quod Vicarius Christi pure ex Bullis suis, vel ex illis cum voluntate et consensu suo et sui Collegii quenquam habilitet vel inhabilitet. IX. Non est possibile hominem excommunicari, nisi prius et principaliter excommunicaretur a seipso. XIII. Discipuli Christi non habent potestatem coacte exigere temporalia per censuras. XVI. Hoc debet catholice credi: quilibet sacerdos rite ordinatus habet potestatem sufficienter sacramenta quaelibet conferendi, et per consequens quemlibet contritum a peccato quolibet absolvendi. XIX. Ecclesiasticus imo et Romanus Pontifex potest legitime a subdi-

Großen, insbesondere des Herzogs von Lancaster, welcher nach Eduards III Tode († 1377) die Regentschaft führte, für ihn unschädlich gemacht [13]).

Durch das große päpstliche Schisma (1378) erhielt Wicliffe sowohl neue Aufforderung, als noch größere Freiheit, den Gebrechen der Kirche nachzuforschen, und Verbesserungen vorzuschlagen. Er forderte die weltliche Macht dazu auf, diese günstige Zeit zur Reformation der Kirche zu benutzen [14]), und sendete seine Schüler (**poor Priests**, von ihren Gegnern **Lollharden** genannt) im Lande umher [15]), um der vorgeblich apostolischen

---

tis et laicis corripi et etiam accusari. *Vaughan I*, 354. *Ruever Groneman p.* 125.

13) *Lewis p.* 50 *ss.* Bei dem zweiten Verhöre in dem erzbischöfl. Palaste Lambeth in London, wo, wie *Walsingham p.* 205 klagt, non dico cives tantum Londonienses, sed viles ipsius civitatis se impudenter ingerere praesumpserunt in eandem capellam, et verba facere pro eodem, et istud negotium impedire, übergab Wicliffe eine *Declaratio* jener Propositionen (*p.* 206), worin er allerdings in einigen Punkten künstlich auswich, z. B. ad I: patet non esse in hominum potestate impedire adventum Christi ad finale judicium. — ad VI: Si Deus est, ipse est omnipotens. Et si sic, ipse potest praecipere dominis temporalibus, sic auferre: — sed absit ex illo credere, quod intentionis meae sit, saeculares dominos licite posse auferre, quandocunque et quomodocunque voluerint vel nuda auctoritate sua, sed omnino auctoritate Ecclesiae in casibus et forma limitatis a jure. Andere vertheidigt er aber, z. B. ad VIII: patet ex fide catholica, cum oportet dominum [*in*] omni operatione vicaria tenere primatum. Ideo sicut in omni habilitatione subjecti prius exigitur gratia et dignitas habilitati, sic in omni inhabilitatione prius exigitur dignitas ex demerito inhabilitati, et per consequens non pure ex ministerio vicarii Christi fit talis habilitatio vel inhabilitatio. vgl. *Ruever Groneman p.* 134.

14) in der Schrift *On the Schism of the Popes*, s. *Vaughan II*, 3 *ss.*

15) über sie *Vaughan II*, 163. *Ruever Groneman p.* 217. Man lernt sie genauer aus Wicliffe's Schrift für sie kennen: *Pro egenti-*

Wirksamkeit der Bettelmönche eine ächte entgegenzustellen, und gegen die antichristliche Hierarchie und die kirchlichen Mißbräuche zu predigen. Bis dahin hatte er nur kirchliche Verfassungs- und Disciplinargegenstände angetastet: jetzt schritt er noch kühner vor. Er begann 1380 die Bibel ins Englische zu übersetzen, und da dieses Unternehmen alsbald als ketzerisch angegriffen wurde, so vertheidigte er das Recht des Volkes auf die heiligen Schriften [16]). Als er im J. 1381 sogar anfing, die Lehre von der Transsubstantiation zu bekämpfen; so wurden zwar viele seiner bisherigen Gönner bedenklich [17]), aber Wicliffe

---

bus Presbyteris, s. de causis ob quas pauperes Presbyteri beneficiis non gaudent, abgedruckt b. *Lewis p.* 287.

16) *Henr. de Knyghton p.* 2644: Hic Magister Jo. Wyclif Evangelium, quod Christus contulit Clericis et Ecclesiae Doctoribus, ut ipsi Laïcis et infirmioribus personis secundum temporis exigentiam et personarum indigentiam cum mentis eorum esurie dulciter ministrarent, transtulit de Latino in Anglicam linguam, non angelicam, unde per ipsum fit vulgare et magis apertum laicis et mulieribus legere scientibus, quam solet esse Clericis admodum literatis et bene intelligentibus: et sic evangelica margarita spargitur, et a porcis conculcatur etc. Wicliffe vertheidigte seine Uebersetzung in d. Schrift: *On the truth and meaning of Scripture*, s. *Vaughan II*, 7. Stellen aus derselben s. in *Wharton auctarium historiae dogmaticae J. Usserii de scripturis et sacris vernaculis, Londin.* 1689. 4. *p.* 432 *ss.* b. *Lewis p.* 67 *ss.* Z. B. die Kleriker schreien, it is Heresy to speake of the holy Scripture in English, and so they woulde condempne the Holy Goste that gave it in Tongues to the Apostles of Christe, as it is written, to speake the Worde of God in all Languages that were ordayned of God under Heaven, as it is wrytten. Wicliffe's Uebersetzung des N. T. ist herausgegeben *by J. Lewis* 1731 und *by H. H. Baber* 1810. — vgl. *Vaughan II*, 42. *Ruever Groneman p.* 160. 252.

17) Er trat mit XII conclusiones, die er öffentlich vertheidigen wollte, hervor, (herausgegeben von *Vaughan II*, 425): I. Hostia consecrata, quam videmus in altari, nec est Christus, nec aliqua sui

pars, sed efficax ejus signum. III. Olim fuit fides Ecclesiae Romanae in professione Berengarii, quod panis et vinum, quae remanent post benedictionem, sunt hostia consecrata. IV. Eucharistia habet virtute verborum sacramentalium tam corpus quam sanguinem Christi vere et realiter ad quemlibet ejus punctum. Der Kanzler der Universität verdammte alsbald diese Lehre (s. die *Definitio* b. *Lewis p.* 268. *Vaughan l. c.*): aber Wicliffe appellirte an den König. Et post appellationem advenit nobilis dominus, Dux Lancastriae, — prohibens Magistro praedicto Johanni, quod de caetero non loqueretur de ista materia. Sed nec ipse contemperans suo ordinario Cancellario, nec tam strenuo domino incepit *Confessionem* quandam facere, in qua continebatur omnis error pristinus, sed secretius sub velamine vario verborum, in qua dixit suum conceptum, et visus est suam sententiam probare. Sed velut haereticus pertinax refutavit omnes Doctores de secundo Millenario in materia de sacramento Altaris, et dixit, omnes illos errasse praeter Berengarium, — et ipsum et suos complices; dixit palam Sathanam solutum et potestatem habere in Magistro Sententiarum et in omnibus qui fidem catholicam praedicaverunt (s. *Lewis p.* 271). Die *Confessio* b. *Lewis p.* 272, b. *Vaughan II*, 428: Saepe confessus sum et adhuc confiteor, quod idem corpus Christi in numero quod fuit assumptum de Virgine, quod passum est in cruce, — est vere et realiter panis sacramentalis: — cujus probatio est, quia Christus, qui mentiri non potest, sic asserit. Non tamen audeo dicere, quod corpus Christi sit essentialiter, substantialiter, corporaliter vel identice ille panis. — Credimus enim, quod triplex est modus essendi corpus Christi in hostia consecrata, scil. virtualis, spiritualis et sacramentalis. Virtualis, quo benefacit per totum suum dominum [*leg. dominium*] secundum bona naturae vel gratiae. Modus autem essendi spiritualis est, quo corpus Christi est in Eucharistia et Sanctis per gratiam. Et tertius est modus essendi sacramentalis, quo corpus Christi singulariter [*est*] in hostia consecrata. — Sed praeter istos tres modos essendi sunt alii tres modi realiores et veriores quos corpus Christi appropriate habet in caelo, scil. modus

hatte unter den Gelehrten, insbesondere in Oxford, schon so viele Anhänger, daß er nicht ganz unterdrückt werden konnte. Wilhelm Courtney bezeichnete seine Erhebung auf den erzbischöflichen Stuhl von Canterbury sogleich damit, daß er auf einem Concile in London (Mai und Juni 1382) eine Reihe von wicliffischen Sätzen als ketzerisch verdammte [18]). Da die Hierarchie die

---

essendi substantialiter, corporaliter et dimensionaliter. Et grosse concipientes non intelligunt alium modum essendi naturalis substantiae praeter illos. Illi autem sunt valde indisposiți ad concipiendum arcana Eucharistiae, et subtilitatem Scripturae. Diese Anhänger der Transsubstantiation werden als secta cultorum accidentium, cultores signorum bezeichnet, und durch mehrere Stellen aus den Kirchenvätern widerlegt. Der Schluß: Vae generationi adulterae, quae plus credit testimonio Innocentii vel Raymundi, quam sensui Evangelii capto a testibus supradictis. Idem enim esset scandalizare illos in isto, et imponere eis haeresim ex perversione sensus Scripturae, praecipue et iterum de ore perverso Apostatae accumulantis super Ecclesiam Romanam mendacia, quibus fingit, quod Ecclesia posterior priori contraria correxit fidem, quod sacramentum istud sit accidens sine subjecto, et non verus panis et vinum, ut dicit Evangelium cum Decreto. Nam teste Augustino tale accidens sine subjecto non potest sacerdos conficere. Et tamen tantum magnificant sacerdotes Baal mendaciter, indubie juxta scholam patris sui, consecrationem hujus accidentis, quod reputant Missas alias indignas audiri, vel dissentientes suis mendaciis inhabiles alicubi graduari: sed credo, quod finaliter veritas vincet eos. Vor dem Volke vertheidigte er seine Lehre durch die Schrift *the Wicket* (das Pförtchen), gedruckt Nürnberg 1546, *ed. by H. Jackson, Oxford* 1612, und in *Writings of John Wickliff, printed for the Religious Tract Society, London* (ohne Jahrszahl, wahrsch. 1836) *p.* 153, vgl. *Vaughan II*, 64. *Ruever Groneman p.* 181.

18) s. *Mansi XXVI*, 695. Als *Conclusiones haereticae* werden verdammt: I. Quod substantia panis materialis et vini maneat post consecrationem in sacramento altaris. II. Item quod accidentia non maneant sine subjecto post consecrationem in eo-

dem sacramento. III. Item quod Christus non sit in sacramento altaris identice, vere et realiter in propria praesentia corporali. IV. Item quod si Episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, conficit, nec baptizat. V. Item quod si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua vel inutilis. VI. Item pertinaciter asserere, non esse fundatum in Evangelio, quod Christus Missam ordinaverit. VII. Item quod Deus debet obedire Diabolo. VIII. Item quod si Papa sit praestigiator et malus homo, ac per consequens membrum Diaboli, non habet potestatem supra fideles Christi ab aliquo sibi datam, nisi forte a Caesare. IX. Item quod post Urbanum sextum non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est more Graecorum sub legibus propriis. X. Item asserere, quod est contra sacram Scripturam, quod viri ecclesiastici habeant possessiones temporales. Dann folgen 14 *Conclusiones erroneae*: I. Quod nullus Praelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius ipsum sciat esse excommunicatum a Deo. III. Item quod Praelatus excommunicans clericum, qui appellavit ad Regem et consilium regni, eo ipso traditor Dei est, Regis et regni. IV. Item quod illi, qui dimittunt praedicare seu audire verbum Dei vel evangelium praedicatum propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, et in die judicii traditores Dei habebuntur. V. Item asserere, quod liceat alicui, etiam Diacono vel Presbytero, praedicare verbum Dei absque auctoritate sedis apostolicae vel Episcopi catholici, seu alia de qua sufficienter constet. VI. Item asserere, quod nullus est dominus civilis, nullus est Episcopus, nullus est Praelatus, dum est in peccato mortali. VII. Item quod domini temporales possint ad arbitrium eorum auferre bona temporalia ab ecclesiasticis habitualiter delinquentibus, vel quod populares possint ad eorum arbitrium dominos delinquentes corrigere. VIII. Item quod decimae sunt purae eleemosynae, et quod parochiani possint propter peccata suorum Curatorum eas detinere, et ad libitum aliis conferre. IX. Item quod speciales orationes applicatae uni personae per Praelatos vel Religiosos non plus prosunt eidem personae, quam orationes generales, cae-

Meinung zu verbreiten wußte, daß der Bauernaufstand im J. 1381 durch Wicliffe's Lehre angeregt sei [19]), so schien auch der König einige Zeit hindurch den geistlichen Beschlüssen Nachdruck geben zu wollen [20]): Wicliffe mußte Oxford verlassen, und sich

---

teris paribus, eidem. X. Item quod eo ipso, quod aliquis ingreditur religionem privatam quamcunque, redditur ineptior et inhabilior ad observantiam mandatorum Dei. XI. Item quod Sancti instituentes religiones privatas quascunque, tam possessionatorum, quam mendicantium, in sic instituendo peccaverunt. XII. Item quod Religiosi viventes in religionibus privatis non sint de religione christiana. *Error perniciosus.* XIII. Item quod Fratres teneantur per laborem manuum, et non per mendicationem victum suum adquirere. *Damnatus ab Alex. IV.* XIV. Item quod conferens eleemosynam Fratribus vel Fratri praedicanti est excommunicatus et recipiens. Drei der vornehmsten Anhänger Wicliffe's, die Oxforder Gelehrten *Nicholas de Hereford*, *John Aston* u. *Philip Repingdon* mußten sich persönlich vor dieses Concilium stellen; ihre Erklärungen über jene Sätze genügten aber nicht. Wicliffe klagt, daß auf jenem Concile ihm manche Behauptungen angedichtet seien, namentlich die: Deus debet obedire Diabolo, s. *Lewis p.* 96.

19) über denselben *Knyghton p.* 2633. *Walsingham p.* 247. Schlosser's Weltgeschichte *IV, II,* 271. *Ruever Groneman p.* 221. John Ball war der geistliche Führer der Bauern, wie Wat Tyler der weltliche. Das Ziel war ein communistisches: die Reichen sollten getödtet und alle Güter getheilt werden. Der Spruch der Bauern war:

Whan Adam dalfe and Eve span,
Who was than a gentleman?

20) vgl. das kgl. Edict v. 12. Jul. 1382 b. *Lewis p.* 282. *Wilkins Conc. M. B. III*, 156, wodurch den Bischöfen die Erlaubniß ertheilt wird ad omnes et singulos, qui dictas conclusiones sic damnatas praedicare seu manutenere vellent, arrestandos etc. und der Befehl an die Univ. Oxford v. 13. Jul. (*Lewis p.* 379. *Wilkins III,* 166), alle zu verbannen, qui quicquam praedictorum haeresium vel errorum — foverint vel defenderint, vel qui magistros Jo. Wycclyff, Nicholaum Herforde, Philippum Repyngdonn, Jo. Astonn — in domos et hospitia ausi fuerint

auf seine Pfarre Lutterworth zurückziehen: indeß hier konnte er unangefochten fortfahren, gegen kirchliche Mißbräuche zu eifern. Nicht lange vor seinem Tode († 1384) schrieb er den Trialogus, in welchen er die gewonnene Erkenntniß über Kirche und Theologie, gleichsam als sein theologisches Vermächtniß, niederlegte [21]).

---

acceptare, vel cum eorum aliquo communicare etc. Die umherziehenden poor Priests sollten von den Sheriffs verhaftet werden (*Fox Acts and Monuments I*, 575. *Vaughan II*, 79). Der Klerus zeigte sich dankbar dafür, *Walsingham Hypod. Neustriae p.* 535: In Parliamento, facta Londoniis circa festum sancti Michaëlis (1382), concessa fuit Regi per Clerum una decima, et a laicis quintadecima; conditionaliter tamen ex parte Cleri, ut videlicet Rex manus apponat defensioni Ecclesiae, et praestet auxilium ad compressionem haereticorum Wicklevensium, qui jam sua prava doctrina paene infecerant totum regnum. Wicliffe dagegen appellirte d. 19. Nov. 1382 an König und Parlament (*A complaint of John Wyclif, exhibited to the King and Parliament*, gedr. in *Th. James two short treatises*, s. oben *not.* 6, vgl. *Vaughan II*, 97), und forderte sie auf die Kirche zu reformiren, näml. 1. die Mönchsorden aufzuheben, 2. das Kirchenvermögen einzuziehen, und dagegen Steuern zu erlassen, 3. den lasterhaften Geistlichen keine Einkünfte zu gewähren, 4. die Lehre vom Abendmale in ihrer Reinheit anzuerkennen. Das Unterhaus ging zwar nicht auf diese Anträge ein, erklärte aber jene Edicte gegen die Ketzer, weil allein vom Könige erlassen, für *ungültig* (*Vaughan II*, 106). So konnte gleich darauf Wicliffe vor einer Convocation der Bischöfe in Oxford, vor welche er wegen des Inhalts jener Appellation gefordert war, denselben furchtlos vertheidigen (*Vaughan II*, 112).

21) *Jo. Wiclefi dialogorum libri IV ed.* (*Basileae*) 1525. 4. (vgl. Baumgarten's Nachr. von einer hall. Bibl. *V*, 178); *ed. L. Ph. Wirth. Francof. et Lips.* 1753. 4. Wicliffe selbst nennt das Werk *trialogus*, vgl. den Eingang: vidimus quod posset multis utilis quidam esse Trialogus, ubi primo *Alithia* tanquam solidus theologus loqueretur; secundo infidelis captiosus tanquam *Pseudis* objiceret; et tertio subtilis theologus et maturus tan-

---

quam *Phronesis* decideret veritatem. Inhalt: *Lib. I* de Deo et ideis (wo der platoniſche Realismus nachdrücklich vertheidigt wird), *lib. II* de rebus creatis (wo c. 14 ein ſtrenger Prädeſtinatianismus ausgeſprochen wird: Et sic videtur mihi probabile, quod Deus necessitat creaturas singulas activas ad quemlibet actum suum. Et sic sunt aliqui praedestinati, hoc est post laborem ordinati ad gloriam: aliqui praesciti, hoc est post vitam miseram ad poenam perpetuam ordinati (*cf. Thomas Bradwardinus* §. 116. *not.* 13). *Lib. III* de virtutibus et vitiis (*cf. cap.* 31: nulla alia scriptura capit auctoritatem vel valorem, nisi de quanto sua sententia a Scriptura sacra sit derivata. — Et hinc Augustinus — saepe praecipit, quod nemo credat scriptis suis vel verbis, nisi de quanto se fundaverint in Scriptura, et in ipsa, ut saepe dicit, omnis veritas implicite vel explicite continetur. Et indubie idem est judicium de scriptis aliorum sanctorum doctorum, et multo magis de scriptis Romanae Ecclesiae, et doctorum novorum. — Et tunc Scriptura sacra foret in reverentia, et bullae papales (sicut debent) forent postpositae, et tam leges papales, quam doctorum novorum sententiae, quae sunt post solutionem Satanae promulgatae, forent in suis limitibus veneratae). Als Reformator der Kirche tritt Wicliffe beſ. im *Lib. IV* auf, wo er von den Sacramenten ausgehend viele Mißbräuche u. Irrthümer in der Kirche rügt. Zuerſt *de Eucharistia c.* 2—10, wo er die Meinung, quod hoc sacramentum sit accidens sine subjecto, als haeresis beſtreitet. *Cap.* 2: Ipsa curia ante solutionem diaboli cum antiqua sententia planius concordavit, ut patet *Dist. II. c. Ego Berengarius* (ſ. Abth. 1. §. 29. *not.* 13). Et sic de omnibus sanctis doctoribus, qui usque ad solutionem Satanae istam materiam pertractarunt. A tempore autem solutionis Satanae, dimissa fide Scripturae, multae haereses in ista materia, et specialiter inter Fratres et discipulos eis similes, volitarunt. *Cap.* 4: Non dubium etiam laico idiotae, quin sequitur: iste panis est corpus Christi, ergo iste panis est, et per consequens manet panis, et sic simul est panis et corpus Christi. Exempla autem possunt grossa poni pro ista materia attestanda. Non enim oportet, sed veritati repugnat, quod homo,

dum fit dominus vel Praelatus Ecclesiae, desinat esse eadem persona: sed maneat omnino eadem substantia quodammodo exaltata. Sic oportet credere, quod iste panis virtute verborum sacramentalium fit consecratione sacerdotis *primi* veraciter corpus Christi: — natura panis non ex hinc destruitur, sed in digniorem substantiam exaltatur. *Cap.* 6: Istam ergo reputo causam lapsus hominum in istam haeresim, quod discredunt Evangelio, et leges papales ac dicta apocrypha plus acceptant. *Cap.* 7: Ideo si essent centum Papae, et omnes Fratres essent versi in Cardinales, non deberet concedi sententiae suae in materia fidei, nisi de quanto se fundaverint in Scriptura. — *Cap.* 14: *De confirmatione*, Zweifel de ejus fundatione ex fide Scripturae. — *Cap.* 15: *De sacramento Ordinis:* In primitiva Ecclesia — suffecerunt duo ordines clericorum, scil. sacerdos atque diaconus. — Tunc enim adinventa non fuit distinctio Papae et Cardinalium, Patriarcharum et Archiepiscoporum, Episcoporum et Archidiaconorum, Officialium et Decanorum cum caeteris officiariis, et privatis religionibus, quorum non est numerus neque ordo. De contentionibus autem circa ista, quod unumquodque istorum est ordo, et in ejus acceptione gratia Dei ac character imprimitur, cum aliis difficultatibus, quas nostri balbutiunt, videtur mihi tacendum, cum sic loquentes nec fundant quod asserunt, nec probant. Sed ex fide Scripturae videtur mihi sufficere, esse Presbyteros atque Diaconos, servantes statum atque officium, quod eis Christus imposuit, quia certum videtur, quod superbia caesarea *hos* gradus et ordines adinvenit. — Dixit Dominus ad Aaron: *in terra eorum nihil possidebitis*, — *filiis autem Levi dedi omnes decimas Israel.* — Si ergo Praelati nostri — fundant se in secunda parte hujus dicti dominici ad avide capiendum decimas, — cur non primam partem auctoritatis Domini pro amore Christi pauperis adeo amplectuntur? *Cap.* 17: Habere civiliter, cum necessitat ad sollicitudinem circa temporalia et leges hominum observandas, debet omnino clericis interdici. Et quantum ad Sylvestrum et alios, est mihi probabile, quod in recipiendo taliter dotationem graviter peccaverunt. *Cap.* 18: Temporales domini in isto graviter peccaverunt. Et hinc cre-

do quod justo Dei judicio taliter in suis mundanis divitiis sunt puniti. Ex hoc enim orta sunt bella, contentio et paupertas multorum saecularium dominorum. — Unde narrant Chronicae, quod in dotatione Ecclesiae vox audita est in aëre angelica tunc temporis sic dicentis: *hodie effusum est venenum in Ecclesia sancta Dei.* Unde a tempore Constantini, qui sic dotavit Ecclesiam, decrevit imperium Romanum, et in ipso dominium saeculare. — Nos autem dicimus illis [dominis temporalibus], quod nedum possunt auferre temporalia ab Ecclesia habitudinaliter delinquente, nec solum quod illis licet hoc facere, sed quod debent sub poena damnationis gehennae, cum debent de sua stultitia poenitere et satisfacere pro peccato, quo Christi Ecclesiam macularunt. *Cap.* 23: *De poenitentia.* Prima est solum in animo et insensibilis, quia contritus Domino confitetur. Illa autem licet sit parvipensa, est tamen virtute maxima, sine qua aliae nihil valent. Secunda vero est poenitentia aggregata ex illa, et expressione vocali singulariter facta Deo, et sic tam Patres legis veteris, quam Patres novi Testamenti communiter sunt confessi. Sed tertia est poenitentia aggregata ex duabus prioribus, et promulgatione secreta private facta Presbytero. Et ad istam poenitentiam magis attendimus propter lucrum. Utrum autem ista poenitentia tertia sit de necessitate salutis, vel qua auctoritate introducta fuerat, est dissensio apud multos. — Sed non credat aliquis, quin sine tali confessione auriculari stat hominem vere conteri et salvari, cum Petrus injunxit generalem poenitentiam. Ueber die Stelle *Matth.* 16, 19: *Quodcunque ligaveris etc.* Non videtur hoc dictum in Petro ulteriorem sapere potestatem, nisi quod omne, quod ligaverit vel solverit super terram conformiter ad Christi judicium et Ecclesiae triumphantis, erit solutum et in caelis. *Cap.* 25: *De extrema unctione.* Dieß Sacrament ſei nicht in der Stelle *Jac.* 5, 14 gegründet: cum fidelis posset dicere satis probabiliter, quod ille sanctus Apostolus non specivocat infirmitatem finalem, sed consolationem faciendam a Presbytero, dum aliquis infirmatur, et quia per viam naturae oleum abundans in illis partibus valet ad corporis sanitatem. Ideo talem meminit unctionem, non quod illud

oleum agat in animam, sed quod oratio effusa a sacerdote devoto medicat quenquam, ut Deus infirmitati animae suffragetur. Si enim ista corporalis unctio foret sacramentum, ut modo fingitur, Christus et caeteri Apostoli ejus promulgationem et executionem debitam non tacerent. — Et sic in sacramento baptismatis, in sacramento confirmationis et cunctis aliis Antichristus ritus infundabiles adinvenit, et ad onus Ecclesiae extra fidem Scripturae supra fideles subditos cumulavit. Sacramenta autem alia necessaria praetermisit, ut patet de septem operibus spiritualis misericordiae, quae debent apud fideles, et specialiter Presbyteros, esse sacramentum etc. *Cap.* 26: *De speciebus ministrorum:* Antichristus habet sub specie cleri procuratores duodecim contra Ecclesiam Christi machinantes, cujusmodi communiter ponuntur Papae et Cardinales, Patriarchae, Archipraesules, Episcopi, Archidiaconi, Officiales, Decani, Monachi et Canonici bifurcati, Pseudofratres introducti jam ultimo, et Quaestores (davon zu unterſcheiden sacerdotes Christi, recte ejus Evangelium praedicantes. Et ista pars debet esse quasi anima corpori matris nostrae). Omnes autem isti duodecim, et specialiter Praelati Caesarii et Fratres infundabiliter introducti sunt manifeste discipuli Antichristi, quia libertatem Christi tollunt, ac onerant sanctam Ecclesiam et impediunt, ne currat lex evangelii libere sicut olim. *Cap.* 27: *Quod Fratres comminiscant haeresim in Ecclesia.* Tres blasphemias de multis ostendi populo de istis Fratribus in vulgari. Prima est de quidditate sacramenti altaris (nämℓ. quod ipsa consecrata hostia sit accidens sine subjecto); secunda de mendicatione Christi, et tertia de literis fraternitatum falsissimis (in welchen ſie vorgeben, quod personae, quibus istas concedunt, participabunt post mortem de suis meritis). Darüber bis *c.* 31. *Cap.* 32: *De indulgentiis:* Superbia eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper. Ideo licet fons haeresis et peccati sit in ipso tenebrarum principio, tamen rivulus Fratrum ab eo descendens nititur, ut dictum est, innaturaliter se extollere supra fontem. Fateor, quod indulgentiae papales, si ita se habeant ut dicuntur, tunc sapiant manifestam blasphemiam. Dicitur enim, quod Papa praetendit se habere poten-

